

**CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE**

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO


B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

**ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE**

CONTINUATA.



IOANNES ZONARAS.

TOMUS I.

**BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXII.**


IOANNIS ZONARAE

A N N A L E S

EX RECENSIONE

MAURICII PINDERI.

TOMUS I.



BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXLI.

PRAEFATIO

MAURICII PINDERI.

Ioannis Zonarae Annales editi sunt primum ab *Hieronymo Wolfio* Basileae anno 1557 tomis tribus (W), deinde a *Ducangio* Parisiis anno 1686 duobus voluminibus (P). codices horum uterque habuit quinos, sed plerosque non integros. Wolfius e codicibus pauca enotavit, Ducangius suos etiam rarius inspexit.

Nos libris manuscriptis quattuor usi sumus, uno Parisiensi antea nondum excusso, tribus Wolfianis.

A codex est Parisiensis Regius 1715, bombycinus, forma maxima, foliis 474 versuum fere 31, scriptus anno C. 1289: *ἔτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἀμαρτωλοῦ τάχα καὶ μοναχοῦ μακίον τοῦ ταράνη, μηνὶ ἀπριλλίῳ πεντεκαυδεκάτῃ, ἡμέρα ε΄, ἰνδ. β, ἔτους 5755. δόξα σοι ἀγία τριάς πάντων ἕνεκα.* cum exemplari Ducangiano summa accuratione comparavit F. Haasius. — Eo libro vix recentiores sunt duo qui sequuntur.

B codex Vindobonensis 16, membranaceus, forma maxima, foliis 478.

82308

C codex Monacensis 324, bombycinus, forma maxima, foliis 553. hi ambo integros et ipsi habent **Annales**: adhibiti sunt a nobis ad Praefationem et eos libros quibus res Romanae a gentis primordiis usque ad **Constantinum Magnum** enarrantur.

D codex Monacensis 93, chartaceus, forma maxima, foliis 546 versuum 30, inscriptus τοῦ ζωναραῦ χρονικῆ διήγησις ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου. Zonaram folio 240 excipit Nicetas Choniata. καὶ ταύτην τὴν βίβλον ἑμμανουήλος ὀμβαιβενίς ὁ ἐκ μονεμβασίας ἐξέγραψε μετὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.

Wolffii interpretationem ubi necesse visum est correxi, annotationes supervacaneas recidi, singula historiae capita quibus ex auctoribus transscripta sint indicavi. qua de re docte nuper commentatus est Guil. Ad. Schmidtius.

Scribebam Berolini a. 1841.

DUCANGII PRAEFATIO.

Nemo est tum ex nostris tum etiam exteris ¹⁾, qui Regiam scriptorum Byzantinorum editionem velut eximium Gallicae magnificentiae monumentum non suspiciat. et merito sane ac iure optimo, cum, praeterquam quod historiam minus hactenus notam et quae tot rerum eventis varietur, Romanique imperii universo paene orbi olim dominantis causas inclinationis atque ruinae ob oculos proponat, typis illa tam elegantibus chartarumque magnitudine adornata exit in publicum, ut quandam prae se ferat maiestatem, et quotquot litteras amant ad sui lectionem quodammodo sollicitet et alliciat. at cum tot inter Regio isto apparatu insignes, Ioannis Zonarae Annales graece semel minusque nitide impressos ac in praesens rariores plerique ex eruditis desiderari monuissent, vir illustrissimus **MARCHIO DE LOUVOIS**, Regi ab intimis consiliis et secretis, cuius curae aedificia Regia, artes, ipsaque typographia Regia permissa sunt, in idem etiam consilium conspirante illustrissimo fratre **ARCHIEPISCOPO REMENSI** ac primo Franciae pari, pro innato non vulgari erga litteras affectu ut auctor Regia editione dignissimus ederetur optimum factum videri sibi significavit. hacce mihi deinde demandata provincia, qua doctiores alios longe melius defuncturos licet minime dubitem, manum statim admovi, codices veteres quantum per tempus licuit collegi et contuli, notasque adieci: quod quaecunque est, aequi bonique consulturos benignos lectores confido.

Enimvero ut de hisce qui nunc prodeunt Annalibus ac de eorum auctore Zonara quaedam praemittamus, hos praesertim

1) Mart. Hankius in praefat. ad lib. de script. Byzant.

commendat scriptoris eruditio, quae non ex iis modo colligi potest, sed etiam ex aliis quam plurimis operibus, quorum indicem huicce praefationi subiicimus; in quibus neque rerum cognitionem neque acre vel solidum iudicium ut nec pietatem quispsam desideret. quin etiam si natalium splendor gestique in imperatorum palatiis magistratus existimationem aliquam scriptori conciliare possunt, quod nemo forte in dubium revocaverit, de illo praecipue qui de rebus politicis, in quibus versatus est, scribere aggreditur, eo sane celebrari poterit et ipse Zonaras. quem caeteroquin ab illo Zonara, qui sub Constantino Porphyrogenito Leonis Sapientis filio in aula vixit ¹⁾, genus duxisse suadet omnino nominis similitudo. quippe in Ioannis et Manuelis Comneni, quibus imperantibus vixit, palatio, magni vigiliarum drungarii seu, ut Latini efferebant, vigilum praefecti ac primi a secretis gestae dignitates, inter illustriores semper habitae, magno fuisse apud imperatores loco satis arguunt. atque ex eo, ni fallor, a Theodoro Balsamone ²⁾ et a Matthaeo Blastare ³⁾ *ὑπερφανής* indigitari solet, quod essent inter senatorias praecipuae, cum hocce epitheto senatum ac ipsos senatores donari solitos constet, uti alibi observamus ⁴⁾: quo quidem et nobilitas generis et magistratuum splendor exprimitur, cum, ut ait Gregorius Nazianzenus ⁵⁾, *μέγιστον εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν συγκλήτου μετουσία* habeatur.

Verum abdicatis postea palatinis curis, quo sibi in primis vacaret animaeque saluti consuleret, monachum induit, relictaque urbe imperii primaria in insulam remotiorem secessit: quod ipsemet in praefatione ad Annales testatur: quo loco in iis ut par erat conscribendis librorum defectum causatur, *αὐτὸς ὑπερφανὸς ὢν καὶ πόρρω τοῦ ἄσπεως ἐν νησίδι ἐνδιαιωόμενος*. quae vero fuerit insulula ista tanto ab urbe spatio disparata, non promptum est assequi; sed vel inde saltem licet conijcere, venire in dubium quod tradit Andreas Thevetus, scriptor caeteroquin in aliis haud certae fidei, sua aetate visum adhuc in

1) Anonym. Combefis. in Porphyrogen. n. 8.

2) ad Can. 36 Apost.

3) Lit. E cap. 11.

4) in Gloss. med. graecit.

5) Orat. 18 in S. Cyprian.

quodam Montis Sancti (ita Athos hodie appellatur) monasterio Zonaræ epitaphium hisce verbis conceptum *ΕΝΤΑΛΕ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ*, nisi sub vitæ extrema eo dicatur concessisse ¹⁾.

Utunque de hac re sit, vix aliquot in asceterio annos exegerat, cum eum convenere amici ²⁾ hortatique sunt ut solitarium istud otium in negotium aliquod conferret, quod et rem publicam iuvaret et aeternæ vitæ præmia sibi conciliaret: quod quidem maxime assequi liceret si historiam conscriberet quæ et reseret supervacanea et res memoratu digniores nullo verborum ambitu in compendium quoddam contraheret. eos enim qui in hocce descriptionis genere operam hactenus collocassent, rerum quas enarrant seriem fere semper interrumpere inutilibus *παρεκβάσεις* seu excessibus, vel etiam descriptionibus aut contionibus, atque adeo intempestivis et quæ annalibus

1) [*Andreas Thevetus* (la Cosmographie universelle, Paris 1575 fol. II 811 a) hæc habet *ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ*. idem *Thevetus* (Pourtraits et vies des hommes illustres, Paris 1584 fol., I 26 b et 27 a) "... toutesfois les Grecz du mont Athos m'ont dit que ce fut en un rocher qui peut avoir de tour (compris les escueilz qui l'environnent) quelques lieues, le plus inaccessible lieu que j'aye veu en toute la mer Egée et Archipelague, et de present appellé par les Grecz Caloier d'Andros, autrement dict le bon vieillard, les Turcs le nomment Cahyra, les Hebreux ou Juifs du pays luy donnent le nom de Charchas, auquel y a encores aujourd'huy un fort beau monastere de Grecz. ... Zonare doncq ayant demeuré cinq ans en ce lieu .. Callineus son Patriarche .. luy commanda se retirer au mont Athos, .. où ayant demeuré treize ans, finit ses jours aagé de quatre-vingtz huit ans sept mois, et fut depuis honorablement enterré en l'un des monasteres nommé saint Helie dudit mont, la sepulture duquel se voit encore de present, couverte d'une pierre jaspée contre laquelle sont escritz ces mots en Grec, et la plus part si effacez qu'à grand peine les peut on lire .. *ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ*." insula igitur illa, in qua se degentem fibris carere auctor queritur (libro 9 extr.), si Theveto fides habenda, *Gyaros* esset, nobilium virorum famosa exsiliis (cf. Crameri Anecd. Paris. I 179). eo Ioannem Zonaram secessisse ne dubitarem quidem, si constaret ea in insula fuisse monasterium S. Glyceriæ: nam librorum in titulis Zonaræ appellatur *μοναχὸς τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας* (Lambecii Comment. de bibl. Caes. lib. VIII p. 995 ed. 2) et *μοναχὸς ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας* (I. Zonaræ in Canonibus apost. et concil. comment. p. 1049 ed. Paris. 1618, cod. Paris. Reg. 1321). caeterum *Lemnos* insula, quo S. Glyceriæ reliquiae ab Heraclea Thraciæ translatae erant, singulari huius martyris cultu celebris fuit. in monte Atho monasterium ei dicatum fuisse nusquam proditur.]

2) praef. n. 1. [p. 4 v. 8.]

parum convenient de religione disputationibus, dum fidei mysteria exponunt vel haereses confutare aggrediuntur, argumentis e sacra scriptura vel e sanctis patribus petitis. quibus quidem ex chronologis aliquot suggillabant qui ea tempestate in omnium manibus versabantur, auctorem forte Chronici quod Alexandrinum vocant, Georgium Syncellum, Georgium Hamartolum, Georgium Cedrenum, aliosque quorum scripta eiusmodi supervacaneis excursibus passim scatent.

Verum tametsi duas res languorem afferre animis, otium et solitudinem, quod aiebat Tullius, persuasum haberet, et apud Christianos, ac monachos in primis, pravas illas seu cogitationes (*λογισμοὺς* ascetici vocant) seu cupiditates, quae mentem a negotiis vacuum invadere solent et in peccata fere semper demergunt, avocare unicam posse occupationem, aegre tamen cessit amicorum hortatibus, cum rem esse cerneret quae librorum, quibus carebat, copiam postularet. at vellicare ii non prius destiterunt quam improbitate stimulandi ad suscipiendum opus impulissent. victus igitur familiarium flagitationibus, et supra allatis adductus rationibus, ad Annales conscribendos se accinxit, cum in hoc secessu agens, ubi ad condendam historiam necessarii libri non suppetere, si non omnia dicenda complecteretur, veniam a benigno lectore se impetraturum facile sibi persuaderet. in qua caeteroquin conscribenda ita est versatus, ut praecipua et quae alicuius viderentur momenti non omiserit, "eaeque in epitomen coegerit tanta elegantia, solus ut videatur assecutus quod contra rerum naturam est, brevitatis obscura non esset;" quod de Pontio Paulino, qui tres Suetonii libros de Regibus in compendium redegerat, dixit Ansonius ¹⁾. quidam enim sunt, ut aiebat Focas Grammaticus, qui late copioseque scripserunt, ita ut superflua interdum ubertate narrationis memoria legentium confundatur: alii dum brevitati student, admodum diffusam coartasse materiam, ut sterili compendio nihil ad integram scientiam lectoribus conferant. neque tamen sibi ipsi satisfacit omnino, cum quibus ad operis quod in manus sumpserat absolutionem necesse erat codicibus persaepe careret, quos cum saepius quaesisset, reperire non potuerat,

1) Epist. 7. [19.]

seu temporum iniuria essent amissi, seu negligentius ab iis inquisiti quibus id negotii dederat ¹⁾, dum ipse extorris et procal ab urbe in parva insula vitam ageret: ex quo factum agnoscit ut consulum et dictatorum historia minus sit absoluta. neque porro mirari debere subdit lectorem, si in iis quos conscripsit Annalibus descriptionis character ubique sibi similis non occurrat, cum aliter fieri vix queat, ut qui historiam e variis scriptoribus veluti stipem colligit, illorum et dictione et compositione in multis non utatur. quod ita tamen confecit, ut si aliquid de suo interiecerit, id illius stilo quem sequebatur auctoris quantum fieri potuit accommodaverit, ne descriptionis ratio a sese ubique dissidere videretur: cum interim alia longe quam caeteri qui res chronologicas hactenus tractaverant, Annales suos conscriberet, res nempe quasi de suo componens et narrans, et quod laude dignum est eaque summa, non alienorum furtis plausum captans, neque tractatus integros exscribens, ut de ipso Zonara scribit Leo Allatius ²⁾.

Non defuere tamen qui censorio quodam iudicio ut minus diligentem, maxime ubi de rebus Romanis agit, vellicarint atque adeo perstrinxerint. "omnia" inquit horum alter ³⁾ "ante Constantinum inepte et parum diligenter (de rebus Latinis loquor) explicavit." sed quam sano ille iudicio haec effutierit vel inde patet, quod a paulo aequioribus iudicibus, iisque pereruditis, quibusvis chronologicis scriptis Annalium Zonarae pars illa quae res Latinas pertractat longe anteponatur. nam cum in recensendis Romanorum gestis ex Dione praesertim, quem minime truncatum ut hodie editus est sed integrum legerat, aliisque scriptoribus qui periere temporum iniuria, hanc historiae partem compegerit, nova fere semper et ab aliis indicta commemorat: ita ut multis in locis de verbo ad verbum Dionem exscripsisse dicatur a Guillelmo Xylandro, Fulvio Ursino, Friderico Sylburgio et Henrico Valesio, istius scriptoris eruditis interpretibus, quibus solenne est ex Zonara aut ipsum Dionem emendare aut Romanos scriptores alios illu-

1) Zonar. lib. 9 n. 31.

2) de Georg.

3) apud Allat. de error. magn. viror. in disendo p. 126.

strare: unde Theodorus Marcellus ¹⁾ Zonaram et Xiphiliuum Dionis subdigas vocat. et certe ita de Zonara sensisse constat eundem Allatium, "qui" ait ille "licet in historia post Constantinum Magnum ieiunior sit, et non nisi obvia quaeque percurrerit, in his vero quae ante Constantinum ad mundi exordia diligentius et copiosius versatur." non miram igitur si ab Alexandro Brassicano in praefatione ad Salvianum sinceræ fidei historicus, et a Casaubono ²⁾ dicatur vir eruditissimus. Cedreni codici manuscripto schedam adscripsisse dicitur Wolfius, in qua observabat tractare idem argumentum quod Zonaras, sed habere a Zonara multa de industria praetermissa, brevitatis forte studio, sed certe non praetermittenda, ita ut optatione sibi data ab initio Cedrenum Zonarae praetulisset. qui, inquit Xylander ³⁾, a quo haec ex Wolfio referuntur, ad ea respexit praecipue, quae aliunde quam ex eo repeti non possunt, cum duo priores Zonarae tomi longe alioquin sint meliores ac laude digniores, quam ea quae ad Constantinum usque Magnum Cedrenus collegit. scribit praeterea idem Wolfius ⁴⁾ Zonaram alias prolixiorum videri, ut in Iudaica historia, alias breviorum, ut in exterarum gentium rebus gestis. in quo quidem si qua culpa commissa est, excusationem habere videri hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quae scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit: qui auctores inter se dissimilimi sunt. quod autem non omnia persecutus est, non tam negligentia quam de industria fecisse.

Verum, licet in iis quae post Constantinum Magnum scripsit obvia quaeque percurrere Zonaram dicat Allatius, longe aliter tamen sensisse videtur exacti vir iudicii Henricus Valesius, qui non modo auctorem sat diligentem haud semel indigitat, sed et in iis praesertim quae eiusdem Constantini familiam spectant, accuratiorum quam in caeteris, neque aliis obvia dicere observat ⁵⁾. et sane quanquam in recensendis Cpolita-

-
- 1) in not. ad Sueton.
 - 2) ad Hist. Aug. p. 202, 2 ed.
 - 3) in praefat. ad Cedren.
 - 4) in praefat.
 - 5) in not. ad lib. 18 Ammiani.

norum imperatorum gestis, fusioribus forte editis commentariis versati sint Theophanes Cedrenus Scylitzes et aliquot alii, constat id Zonarae in primis consilium fuisse, ut non pleniorum quemadmodum ii historiam, sed contractiorem atque adeo compendium conscriberet, in quo singularia quaeque et quae in re historica praecipui viderentur ponderis perstringeret. ex quibus facile dilucet quod ait Gerardus Vossius, tum in eo maiorem curam et industriam desiderari, tum etiam maxime mirandum esse, virum usque adeo experientem in sui temporis praesertim rebus pleraque perfunctorie tantum dicere, cum multa magnaque iis temporibus gesta sunt, orientali orbe cum occidentali quasi concurrente: adeo ut pauca sint quibus Alexii vitam perstrinxerit. id, inquam, haud aegre refellitur ex auctoris ipsius *Annalium* lemmate, vel ex ipsius praefatione, in qua non historiam sed historiae compendium scribere se profitetur; ita ut si prolixiori sui temporis res fuisset persecutus narratione, primum scriptoris officium minime observasse diceretur: cum, ut ait Plinius alter, titulum suum legere debeat, atque identidem interrogare se quid coeperit scribere, scireque si materiae immoratur non esse longum, longissimum si aliquid arcessit atque attrahit. atque ex hac virorum eruditorum varia de Zonarae *Annalibus* sententia patet quam infausta sit eorum sors qui aliquid scribere aggrediuntur, cum quibusvis ac fere iniquis hominum iudiciis et censurae ingenii foetus exponunt.

Caeterum in *Annalium* decursu occasionem interdum captat Zonaras Graecorum suae aetatis mores vellicandi, veluti cum virorum ecclesiasticorum simoniam carpit, comatos et cincinnatos palatinos perstringit ¹⁾, et imperatores, quod abdicato patrio vestitu barbaricum amplecterentur ²⁾. denique in ipsos adhuc Augustos ac eorum in rebus administrandis publicis tyrannidem gravius invehitur. nam ut Valentis mathematici ³⁾ de urbis Cpolitanae duratione editum sub Constantino Magno natalicium thema quodammodo tueatur, ne omnino falsum putetur, quam annos 696 duraturam praedixerat, iam olim cum scribebat Zonaras elapsos, subdit aut falsam existimandam Valentis

1) *Hb.* 7 *sect.* 17.

2) *Hb.* 10 *sect.* 28.

3) *Hb.* 13 *sect.* 3.

praedictionem, aut annos illos intelligendos esse quibus instituta rei publicae ac status conservabantur, dum suus honor erat senatui, dum cives sub legitima imperii potestate florebant, non autem cum manifesta vigeat tyrannis deminorum publica sibi pro privatis vendicantium et ad suas voluptates conferentium, easque parum honestas, cum publica quibusvis donarent, nec pastorum instar subditos tractarent, nec lana supervacua detonsa, sed praedonum more oves mactando, ad medullas ipsas exsugerent.

Chronici titulum huicce Zonarae historiae adscripsimus quemadmodum Wolfius. nam et ita laudatur a Michaele Glyca in Annalibus ¹⁾ ὁ Ζωναράς ἐν τῷ χρονικῷ συντάγματι, et in altero e codicibus Regiis, in quo secunda duntaxat pars continetur, haec verba in fronte leguntur τὸ παρὸν βιβλίον χρονογράφος ὀνομάζεται. verum in codice Viennensi, quo usus est Wolfius, alia habetur epigraphe, hisce videlicet vocibus concepta Ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγίσα καὶ συγγραφῆσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γεγονότος μεγάλου δρογγαρίου τῆς βήγλας καὶ πρωτοσηκρηῆτις ²⁾. et sane compendium historiae scribere se profitetur ipse Zonaras, ἐμοὶ δ' ἐπιτομὴν ἱστορίας πεπονημένῃ οὐκ ἐπέοικε τὴν πραγματείαν θῆσθαι πολύστιχον etc. ³⁾

Universum vero opus duas in partes distribuit: ac in priori quidem historiae quam vulgo sanctam vocant ex sacris libris et ex Iosephi Archaeologia compendium complexus, tum res Graecorum veterum tangit, ac Romanorum deinde ad ea usque tempora historiam perducit, quibus res publica in unius administrationem seu monarchiam delapsa est. alteram autem a triumviratu orditur, ac recensitis singulorum imperatorum gestis usque ad Alexii Comneni exitum persequitur, id est ad saeculum quo ipse vixit undecimum. non solum enim Ioannis Comneni imperatoris Alexii filii meminit, sed et Manuele Ioannis filio imperante vixisse infra docemus. caeterum haec Annalium

1) p. 286. [p. 530 16 ed. Bonn.]

2) [ita Wolfius Zon. t. I p. 224; sed ex eodem codice Viadobensi (B) annotatum invenio Ἰωάννου pro τοῦ σοφωτάτου, et paulo post δρογγαρίου.]

3) lib. 3 sect. 26. [I p. 303 6 ed. Bonn.]

Zonarae partitio non ex ipsa modo praefatione percipitur, sed praesertim ex verbis quibus pars prior clauditur ¹⁾, atque adeo ex alterius inscriptione, quae in scriptis codicibus haec verba praefert *Ἀρχὴ τῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας*. quibus quidem vocibus in altero ex Regiis istae, caractere licet paulo recentiori, praefiguntur *Ἱστορίας Ζωναρά τῶμος δεύτερος καὶ τελευταῖος*. sed praesertim alter ex Regiis, qui secundam duntaxat partem Annalium Zonarae complectitur, in primis contextus lineis hanc partitionem prorsus adstruit, in quo scriptor ita hanc orditur *Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βιβλῷ μοι προϊστόρηται, βασιλεύσιν ἢ τῶν Ῥωμαίων* etc. ubi codex alius Regius et Colberteus praeter editionem Wolfianam haec tantum habent *Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἱστόρηται*, etc. sed et in eiusdem codicis Regii initio haec leguntur *Ἐν προτέρᾳ βιβλῷ περιέχει τὰ Ἑβραϊκὰ καὶ τὰ περὶ Ῥωμαίων ὑπάντων, τῷ δὲ τὰς τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας*. quin etiam Wolfianos codices hanc Annalium Zonarae partitionem praetulisse arguit quod in fronte Zonaræi codicis a se Cpoli empti praefixit Ioannes Derschwanus, et ex eo descripsit in sua praefatione Wolfius. ex quibus abunde colligitur hosce Annales in duos duntaxat tomos a Zonara fuisse dispertitos, non vero in tres, ut illos divisit idem Wolfius: quorum prior de rebus Iudaicis ab initio mundi usque ad Hierosolymitanum excidium, alter historiam Romanam ab urbe condita usque ad Constantinum Magnum breviter complectitur, in qua tum Dionem, ut diximus, tum etiam Eutropii interpretem Paeanium, quem ad verbum saepe numero exscribit, ut observatum a Scaligero ²⁾, praesertim sequitur ³⁾. tertius denique imperatorum res gestas a Constantino Magno usque ad obitum Alexii Comneni tractat. falsum tamen constat Derschwanum, cum dixit priorem Annalium Zonarae partem in Hierosolymorum excidium desinere.

Licet porro Wolfii divisio tolerari quodammodo possit, ut quae sacram historiam a Romanae rei publicae, rursus paganorum a Christianorum imperatorum historia distinguat,

1) lib. 9 sect. ult.

2) in not. ad Euseb. p. 241 244, 2 edit.

3) [Immo nusquam Paeanium Zonaras exscripsit.]

cum ipsius Zonaræ divisioni contraria sit, satius duximus ex virorum eruditorum consilio universum hoc Annalium opus in libros 18 partiri, libros vero in sectiones,

sumere ne lector iuge paveret opus.

nam ut

intervalla viae fessis praestare videtur
qui notat inscriptus milia crebra lapis ¹⁾,

ita librorum divisiones a continua lectionis assiduitate lectoris animum relaxant, cum habet ubi longo quasi itinere defatigatus consistat; praesertim etiam cum nihil auctori detrahant nec descriptionis seriem abrumpant. adde quod id partitionis genus ad locos ex scriptoribus laudatos statim reperiendos multum conducat: unde inductum illud fere ab eruditioribus in quibusvis exemplaribus, quae continua serie absque libris vel absque capitibus describuntur. quod quidem ita in Zonara confecimus, ut alteram partem Wolfianam a 7, tertiam vero a 13 libro, ut partem Annalium alteram secundum auctoris receptam divisionem a libro 10 auspicemur.

Iam vero quid Wolfium impulerit ut ad Zonaræ Annales in Latinam linguam convertendos sese accinxerit, pluribus declarat ipse in Praefatione, quam nostrae hic subiicimus, atque etiam in alia ad Nicephori Gregorae Historiam a se pariter Latino donatam, quam, ut et Zonaræ, Antonio Fuggero nobili Germano dicavit. in qua postrema sic loquitur "fateor equidem ad Zonaram convertendum praemiis a te propositis, eoque tempore peropportunis, initio excitatum me fuisse potius quam meapte voluntate accessisse: non tam laborum et molestiarum fuga, quibus ita tum quoque assueveram ut ignavo otio nihil mihi esset molestius, quam privatis meis studiis, si quid daretur otii, fruendi, et diuturnam quasi sitim variae lectionis restinguendi cupiditate." cum vero de Fuggerorum nobilium insigni liberalitate ac munificentia in eruendis ab interitu bonis libris idem fere praedicet Guillelmus Xylander, praemiisque illectos ab iis suae aetatis viros eruditos testetur qui Graecos scriptores Latina toga donarent necdum editos, vel inde patet quantas debeat gratias res litteraria viris principibus, qui pro-

1) Rutilius Numat. lib. 2.

positis subinde coronis publicam utilitatem sibi iuvandam proponunt, et Musis non semper opulentis, immo persaepe inopibus, manum ultro porrigunt. neque enim fateri dedignatur ipsemet Wolfius, quidquid hactenus ediderat, id vel publica utilitate vel temporibus suis adductum fecisse, nec tam famam captasse quam famem vitasse. sed et Xylander ¹⁾ "me" inquit, "ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem." quem quidem dicentem audivisse scribit Ioannes Leunclavius ²⁾, lucubrationem Dioniam et alias non a fama sed fame sibi pariter extortas ac praecipitatas fuisse. neque nostrorum saeculorum istaec est duntaxat querela, cum legamus ³⁾ Plautum propter annonae difficultatem ad molas manuarum pistorem se locasse, ibique quoties ab opere vacasset, scribere fabulas solitum et vendere: quomodo etiam Pacuvium Brundisium tragoediarum scriptorem Romae picturam exercuisse ac fabulas vendidisse ferunt. sed et Lactantium, virum omnium suo tempore eruditissimum, adeo in hac vita pauperem fuisse, ut plerumque etiam necessariis indigerit, scribit Eusebius. infausta omnino litteratorum condicio, qui ne panem emendicent, libros conficere coguntur. debemus igitur illustribus Fuggeris, quod illorum cura et sumptibus in publicum prodierint Ioannis Zonaræ, Georgii Cedreni, Nicetae Acominati et Nicephori Gregoræ historiae, et quod rerum Byzantarum hisce editionibus gustum primi quodammodo inspirarint litterarum studiosis. sed non minus obstricta erit erudita posteritas Regum nostrorum munificentiae, qui non hactenus modo publicatos imperatorum Cpolitianorum historiae scriptores, sed et novos ac e manuscriptis codicibus ex Regia ac locupleti prorsus bibliotheca depromptos magnifico adeo atque splendido apparatu edi quotidie volunt, viris doctis ut in idem consilium una conspirent, suaque conferant studia, Regia praemiorum mercede invitatis ac illectis.

Enimvero ut Wolfius in vertendis Zonaræ Annalibus versatus fuerit, quaeque observarit quotve codicibus scriptis

1) in praef. ad Cedr.

2) in praefat. ad Dionem.

3) Euseb. in chr. lib. 1.

in iisdem edendis usus fuerit, pluribus in praedicta ad eosdem Annales praefatione exponit; et ut in opere Latine Graeque exscribendo adiutorem sibi adsciverit Hieremiam Martium, praeclearae tum indolis adolescentem, medicum deinde physicum Augustanum. quem quidem ea de re verba facientem praestat audire in praefatione ad Nonum medicum, quem Argentorati is primus edidit anno 1568. "cum itaque" inquit "non parvi interesse viderem ut quis quamprimum optimis uteretur praeceptoribus, nec ob rei familiaris angustiam alio conferre me, quod unice optabam, possem, commode sane cecidit ut eo ipso tempore Cpoli Augustam afferrentur Annales Ioannis Zonarae et Nicetae Choniatae historia, sumptibus magnifici et generosi viri et studiosorum omnium Maecenatis Antonii Fuggeri. quos cum prudentissimus vir, in iudicium adhibitis doctissimis hominibus, praecipue vero Ludovico Carino, cui et tribuebat multum et quo uno omnium maxime delectabatur, dignos existimaret ut in publicum exirent, tum ob rerum quas tractabant amplitudinem, tum ob historiae seriem longissimam a condito mundo usque eleganti ordine deductam, sollicitè (ut fuit propagandae posteritatis studiosissimus) de conversione cogitare, et quem ei muneri praeficere posset, anxie deliberare secum coepit, et tandem de multis unum eumque omni liberali doctrina politissimum virum, et in lingua utraque singularem prope, Hieronymum Wolfium, scholae et urbis vestrae ornamentum, non exigua praemii spe proposita elegit. quem laborem hoc libentius suscepit, quo iuvandae posteritatis studiosior et Fuggeranae familiae laudis propagandae avidior fuit. sed cum ob afflictam valetudinem, a qua fere nunquam ob assiduum in literis studium, ut ego quidem existimo, liber est, solus et versionis et scriptioni vacare non posset, me sibi, accedente auctoritate et consilio Ioannis Baptistae Heintzelii, viri et rerum tractandarum usu eximii et mei amantissimi, a cuius praedicatione invitatus digredior, socium laborum adiunxit, meaque opera in exscribendo Zonara et Choniate Graece et Latine ultra integrum annum usus est, eamque non prorsus improbavit. qui vel ob hoc minus gravis mihi esse debuit, quod et triennii sumptus Antonius Fuggerus, eo exacto, pollicitus est, et liberalissime etiam praestitit, et ego tantum utilitatis ex doctrina et

domestica consuetudine Wolfii cepi, ut eius laboris nunquam me paenitere debeat." hactenus ille.

Caeterum non una est in mss codicibus Zonarae Annalium descriptionis ratio, seu rerum in iis pertractatarum spectentur argumenta, quae in quibusdam ex iis in marginibus, seu qui interdum, cum nova inchoatur materia, in ipso contextu tituli apponuntur. ac certe quoad notas istas marginales, non semper etiam eadem in omnibus exemplaribus in quibus habentur, nec simili dictione exaratae. in quibusdam praeterea interdum plures ac crebriores quam in aliis, in quibusdam per intervalla longiuscula breviores occurrunt. in aliis denique ac antiquioribus codicibus nullae fere semper habentur. scribit Leo Allatius in Diatriba de Georgiis ubi de Cedreno agit¹⁾, exstare in bibliotheca Sfortiana codicem ingentem Georgii Scylitzae nomen praeferentem, licet unicos duntaxat Zonarae Annales contineat. sed et inter codices Palatinos Romam advectos se vidisse eisdem Zonarae historiam principio mutilam, a monarchia Romanorum incipientem, in qua, etsi notis ab historia diversis, praefixum est Γεωργίου τοῦ Σκυλίτζη. quae quidem differt, inquit, ab edito Zonara, quod in capita divisa ubique summaria capitum exhibeat. "an summarum" subdit idem Allatius "auctor Scylitzes iste? an propterea vel fraude sua vel exscriptorum oscitantia historiae auctor comminiscitur" seu fingitur? unde prorsus licet conicere haecce rerum argumenta non esse ipsius Zonarae, tum ex eo etiam quod diversis saepe concepta verbis legantur, tum quod, ut attingi, varie marginibus codicum, alibi scilicet rarius, alibi singulis ferme periodis appingantur. quod quam inutile sit vel ex eo patet, quod longe satius est quae in contextu breviter descripta habentur legere, quam in argumentis, cum totidem fere semper verbis constant. ea qualiacunque sunt et cuiusmodi in suis codicibus invenerat Hieronymus Wolfius in interiorem editionis suae marginem seu ad Graecam columnam edi curavit, et cum non tanti viderentur, eorum omisit interpretationem, notis aliis brevioribus Latinis ad alteram columnam pariter adscriptis, quae subinde de rerum argumentis lectorem admonerent. harum plerasque in hac Regia

1) [immo, ubi de Scylitza agit, c. 27.]

edi curavimus, aliis certis ex causis reiectis, tum etiam ne, si crebrioribus eiusmodi argumentis fuscarentur libri margines, editionis prorsus Regiae venustas ac maiestas commacularetur. atque id quidem causae fuit, ut Graeca ista argumenta in interiores margines reiicere, quod fecerat Wolfius, visum non fuerit, tum quod illae in editionibus Regiis vulgo hasce notas hactenus non admiserint, tum etiam quod eo sunt inutiles, quod appositae Latinae idem prorsus efficiant. ne tamen Graecis argumentis fraudare lectorem videamur, ea rursus hic recudimus, aliquot in locis ex mss codicibus auctiora, eaque secundum librorum et sectionum numeros digesta, ita ut refum a Zonara in Annalibus descriptorum elenchi seu summarii vicem praestare possint.

Quid porro postremae huic ac Regiae prorsus Ioannis Zonarae Annalium editioni accesserit, lectorem interest edocere. Graeca contulimus, maxime in locis qui dubietatem quandam praeferebant, cum quattuor codicibus Regiis et uno Colberteio. Regionum duo ¹⁾ integros Annales complectuntur, praeterquam quod horum alter ²⁾ duobus foliis initio mutilus est: tertius ³⁾ secundam Annalium partem: quartus ⁴⁾ demum, isque recentiori descriptus manu, eosdem Annales ab imperio Diocletiani ad Alexium continet. codex Colberteus ⁵⁾ sat bonae notae, paucis etiam paginis initio mutilus, desinit in huiusce editionis sectionem 34 libri 12, in Maximini scilicet et Licinii imperium. varias ex hisce codicibus excerptas lectiones in Notas subinde rettulimus, nonnullis quae extra controversiam videbantur in contextum ipsum immissis. Hieronymi Wolfii versionem Latinam interdum et rarius emendavimus, maxime iis locis ubi auctoris mentem non omnino erat assecutus, quos in Notis fere semper indicamus; sed praesertim in ea parte ubi res Byzantinae pertractantur quaedam potissimum immutavimus,

1) [1714, saec. XIII, et 1716, saec. XV.]

2) [1716.]

3) [1768, saec. XIV.]

4) [1718, saec. XVI.]

5) [nunc Regius 1717, saec. XIII. — praeter hos Zonarae codices Parisiis sunt duo alii, alter Coislinianus 137, saec. XIV, alter paulo post Zonaram a Ducangio editum Parisios advectus, Regius 1715, quo nos uti sumus.]

ubi palatinas aut ecclesiasticas dignitates minus consentanee reddidisse videbatur. Annalibus denique Annotationes nostras subiecimus, una cum Disceptatione de Hebdomo et aliquot additamentis ad nostram Cpolim Christianam, de quibus omnibus initio cuiusque lucubrationis lectorem monemus.

Breve denique Chronicon, levioris forte licet momenti, Ioannis Zonarae Annalibus subiicimus, quod temporum ab Adamo ad Alexium Comnenum, quae ille persequitur, summarium quoddam contineat, cuiusmodi nonnulla alia habentur in codicibus manuscriptis bibliothecae Regiae, quae tamen in annorum characterismis non omnino ubique cum eo quod edimus conveniant, exscriptorum, ut existimo, potius incuria, quam eorum a quibus sunt confecta. ut tamen caeteris istud praeferrem, fecit viri in chronologicis ut et in caeteris disciplinis versatissimi Dionysii Petavii auctoritas, a quo primum editum est cum Nicephori Patriarchae Cpolitani Breviario historico: quod cum in Regia editione eiusdem scriptoris omissum fuerit, hic rursus proponere visum est, tum maxime, ut attingimus, quod eosdem quos Zonaras annos complectatur, a mundo scilicet condito usque ad eundem Alexium.

Sed priusquam huic praefationi finis imponatur, praestat, quod supra sumus polliciti, aliorum Zonarae operum, quorum memoria ad nos pervenit, indicem subiicere, ut vel inde, quam singularis fuerit viri eruditio ac pietas, lector assequatur. atque ut ab editis sumatur initium, occurrit in primis Commentarius in canones apostolorum et conciliorum ¹⁾ et in epistolas canonicas ²⁾, cuius titulus ita concipitur in codicibus mss Regiis Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θεῶν κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννη μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίβλας καὶ πρωτοσηκρήτης. in istius porro operis praefatione illud se aggressum ait non sponte sed alterius persuasu, Manuelis forte Comneni imp., ut infra dicemus: μή τις δέ μοι καταγνοίη προπέτειαν· σὸ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεῖς

1) [ed. Paris. 1618 fol. et in *Beveregii* Pandectis Canonum.]

2) [ed. ad calcem *Gregorii Thaumaturgi*, Paris. 1621 fol. et in *Beveregii* Pandectis Canonum.]

ὑπέκνηρα καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἑμαυτὸν ἵνα μὴ δι' ἀνηχοῖαν κατακριθῶ.

Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γοῆς ἔκροσιν μίασμα ἡγουμένους. editus habetur in Iure Graeco-Rom. [tom. I p. 351 — 361 et in *Enimundi Bonifidii Iure orientali* P. II p. 216 — 237.]

Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρά, ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων, περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο δισεξαδέλφους τὴν αὐτὴν ἀγαλῆσθαι πρὸς γάμον ¹⁾. edit. a v. c. Ioanne Baptista Cotelerio tom. II [p. 883] Monumentorum eccl. Gr.

Laudatur a Petro Lambecio lib. III de Bibl. Caesarea pag. 39 eiusdem Zonarae et Nicetae Thessalonicensis Expositio canonum anastasimorum S. Ioannis Damasceni, hoc titulo Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρά γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίβλης καὶ πρωτασεκρητίτις ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ, cuius initium hisce verbis concipitur Ἐπεὶ κανόνων ἐρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρῆ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ κανόνος, καὶ τὴν τοῦ εἰρημοῦ καὶ τῆς ὥδῆς κλήσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ τροπαρίου (ἐκ τούτων γὰρ ἀπαρτίζεται ὁ κανὼν) φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς. posterioris vero expositionis titulus est hic αὕτη ἡ ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, ἄχρι τῆς ε' ὥδῆς, γέγονε παρὰ ἱερωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυρίου Νικήτα ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ζωναρά etc. laudatur pariter Zonaras in canones anastasimos Damasceni ab Allatio in Syntagmate de Georgiorum scriptis pag. 417, ex quibus quaedam fragmenta edidit Iacobus Gretzerus sub initium libri V de Sancta cruce: et in Octateuchum eiusdem Ioannis Damasceni Expositio pulcherrima, ab eodem Allatio in Symmicis pag. 453.

Servatur in bibl. Reg. Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρωτασεκρητίτις τοῦ Ζωναρά κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, οὗ ἡ ἀκροστιχίς ΥΣΤΑΤΟΣ ΗΧΟΣ ΥΣΤΑΤΟΝ ΠΛΑΚΕΙ ΜΕΛΟΣ. [ed. in Io. Bapt. Cotelerii Ecclesiae Graecae monum. tom. III p. 465 — 472.] huic subduntur Νικηφόρου πατριάρχου καὶ ἀνθυπάτου Μιτυληναίου στιχοὶ καταβάσιαι ιβ' εἰς τὴν ποσότητα τῶν ιβ' μηνῶν. μὴν Σεπτεμβρίου etc.

1) ex cod. Reg. 2038.

Quattuor praeterea Zonarae laudantur opuscula a Leone Allatio in Diatriba de Symeonibus, scilicet

Λόγος εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν, hoc initio Ἡρετό μέ τις πρόβλημα τῶν ἐκ πνεύματος. ἐπεὶ δὲ καὶ σωφροτῶν.

Βίος τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου, hoc initio Οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται ἀπόστολοι. proinde alia est vita eiusdem S. Silvestri edita a Combefisio, cuius initium aliter concipitur.

Ὑπόμνημα εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ σωτήρος, hoc initio Πάλιν τοῖς εὐσεβέσι πανήγυρις, καὶ πάλιν μυστήριον ἕτερον. denique

Εἰς τὸν Ἱεροσολύμων Σωφρόνιον, hoc initio Οἱ τοῖς θεοῖς καὶ μακαρίοις πατράσι συγγράφοντες τὰ ἐγκύμια.

Laudatur etiam a Lambecio lib. V de Bibl. Caesar. p. 150 opusculum aliud Zonarae, hoc titulo *Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ Ζωναρά, Ὅτι καὶ δίκαιοι πολλάκις, ἤνικα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἁγίων τεθέονται καὶ θεῶν ἕμνων ἐν οὐρανοῖς αὐτήκοοι γίνονται etc.* sed haec epistola est ex iis quae sub nomine etiam Glycae circumferuntur; de quibus mox agemus.

Scribit idem Lambecius lib. IV servari in eadem bibl. Caesarea anonymi cuiusdam auctoris Paraphrases 33 in totidem S. Gregorii Nazianzeni carmina, de quorum auctore nondum liquet, inquit idem Lambecius, nisi sint Nicetae Davidis Paphlagonis, quem *Δαδύβρου* scilicet episcopum nominatum ait David Hoeschelius ¹⁾, cuius Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha et Monosticha latine versa edita sunt ab Herrule Phaello Imolae an. 1588, vel potius Ioannis Zonarae, qui non solum S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha, verum etiam alia non pauca partim eiusdem partim diversi generis monumenta antiqua commentariis atque paraphrasibus suis illustravit. vide p. 39 et 247 eiusdem lib. IV ²⁾.

1) in Bibl. August. p. 46.

2) [Zonarae Prooemium Commentarii in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha editum est in libro inscripto *ΝΙΚΗΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΑΒΙΔ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ μονόστιχα. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἐπιγράμματα τὰ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον παραφρασίς. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ἐπιγράμματα. Venet. ap. Franc. Zanetum 1563. 4. folio 3 recto. commentarium autem ipsum non Nicetae Davidis*

Laudatur praeterea eiusdem Zonaræ Lexicon, de quo ita Iosephus Scaliger in epistola ad Isaacum Casaubonum, quae est 48 inter Scaligerianas editas “ego quoque videor mihi non inutiliter Zonaræ Lexicon tractare, quod est in libris soceri tui” (Henrici Stephani) “si per te et affinem tuum Paulum Stephanum eius usura brevīs mihi contingat.” [ed. ab *I. A. H. Tittmanno* Lips. 1808 2 vol. 4. sed de auctore valde dubito.]

Meminit denique Ioannes Pontanus, in praefatione ad historiam Ioannis Cantacuzeni, poematum Ioannis Zonaræ de Processione spiritus sancti, quae a Genebrardo in Latinam linguam conversa esse observat. ea cum in omnibus fere bibliothecis exacta satis adhibita diligentia acquisierim, nec reperi nec ubi et in quo Genebrardi volumine edita sint ab huiusce urbis viris doctis rescire potui ¹⁾. sic porro Pontanus “Zonaram fuisse schismaticum testari possunt eius poemata aculeatissima de processione sancti spiritus, et alia adversus Latinos composita, quae Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat.” quae quidem ipsissima Pontani verba exscripsit Allatius in Creyhtonum ²⁾.

Enimvero praeter supra laudata Ioannis Zonaræ opera circumferuntur passim in bibliothecis Epistolae dogmaticae, continentes obscuriorum sacrae Scripturae locorum explicationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta descripsit Petrus Lambecius ³⁾; quas quidem Ioanni Zonaræ quidam codices, alii Michaeli Glycae adscribunt, adeo ut hactenus incertum maneat utrius sint: tametsi in eam videatur concedere sententiam Leo Allatius ⁴⁾ ut Glycae potius illas tribuat quam Zonaræ, ubi ita scribit “haec et alia Michael Glycae, epistola satis prolixa ad Ioannicum monachum etc. huius etiam epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus

esse sed Zonaræ, nuper exposuit Ernestus Dronkius (De Niceta Davide. Conf. 1839. 4). Nicetae interpretationem Zonaræ videtur amplificasse, ut facile utrique libellus tribueretur. Zonaræ prooemium cum Tetrastichorum explicatione habere fertur codex Regius Parisiensis 992, saeculi XV ineuntis, emptus paulo post Zonaram a Ducangio editum.]

1) [v. Fabricii Biblioth. gr. tom. X (1721) p. 245 v. 7.]

2) p. 346.

3) lib. 4 de Bibl. Caesar.

4) contra Creyhton. p. 544.

exercit. in Baronium 16 n. 49, sed sub nomine Zonaræ editam, quam Glycæ esse codices antiqui repræsentant. cuiusnam vero sint illæ epistolæ, quæ sub nomine Glycæ et Zonaræ nomine in mss prostant, alius erit disserendi locus." utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quæ nos ab hac disquisitione levasset. certe Zonaræ hæc adscribit codex Regius, sed recentiori manu scriptus, anno scilicet mundi iuxta Græcos 6996 (Christi 1488) Ind. 6, hoc titulo *Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωνάρᾳ καὶ πρωτοσυγκρίτης καὶ δρουγγαρίου τῆς βίβλης*. continet porro hic codex 45 duntaxat epistolas¹⁾, quarum prima Ioanni Sinaitæ inscribitur, penultima vero, quæ est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imp., scripta videlicet, ut præfert inscriptio, *τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυκίῳ τῷ ἐγκλειστῷ, Ἐὶ χρητὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρόποιον ἡγεῖσθαι παντάπασιν*. initium vero illius est *Τὰ τῆς μαθηματικῆς* etc. atque in hæcce verba desinit *ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλὴ, ὡς εἰμαρμένη μὲν καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπηγόρευνται²⁾ τὸν κατ' εἰκόνα καὶ γὰρ θεοῦ πλασθέντα λογικὸν ἀτεξούσιον ἄνθρωπον· οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑποκειῖσθαι καταδείξομεθα· προγνωστικὴν δὲ τίνα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδύξασθαι δύναμιν, κατὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ἐπέδειξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπέλοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωροῦμεθα, ὅτι μὴ κατὰ λόγον³⁾ ὀρθὸν αὐτοῖς ἀποχρώμεθα*. istius epistolæ Antapologeticum sequitur in cod. Reg. et in indice Lambeciano, qui hæc Manueli omnino adscribunt, hoc titulo *Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν ἀπὸ γραφῆν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρὸς τίνα μοναχὸν ἐπιμεμφόμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διὰ γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστήσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξει*. tum vero illius initium hisce verbis concipitur

1) [est hic cod. Regius 3045, manu Theodori cuiusdam exaratus; quem codicem triginta duas Zonaræ epistolas continere dicit Anicetus Mellotus, Catal. mss bibl. Reg. Par. tom. II p. 601.]

2) [ἀπηγορεύεται P.]

3) [κατὰ λόγον] δευτέρον P.]

Τολμῶν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐληλυθέν. καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνοὺς καὶ περιπτυστάμην αὐτῷ καὶ θερμῶς κατεφίλησα. τίνος ἔνεκεν; διὲ παναγία τῷ ὄντι καὶ ἡρεμαία φωνῇ, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ "μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρῶός εἰμι καὶ ταπεινός τῇ καρδίᾳ," πρὸς αὐτὸν ἐκείνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τὸν¹⁾ ἀπερισκέπτως οὕτω τοῦ θεοστεφεοῦς καταβωόμενον κράτους σου. μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμακα κατὰ γε τὸ προσὸν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὐφροδμον καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνόν. οἷς δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, περιπεσῶν, χειροδοθῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τέλειον etc. alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonaram, ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus. sub finem vero haec subduntur πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος παύσαιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθηματος, εἴπερ ἐδπαράγραπτοί εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες. ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritatibus usus est epistolarum scriptor, συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοί, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσορρήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Συναίτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, Γρηγόριος ὁ διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης, σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καὶ τις ὁ φωτίζων τούτους καὶ μάρτυς ἀψευδής, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ex hisce epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex cod. quem Georgius Douza Cpoli attulerat, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscripto, qui Ioannis Zonaræ nomen praeferebat. Zonaræ adscribuntur praeterea istae epistolae in indice librorum graecorum ex cod. ms Reg. 2813. verum codices duo Caesarei, quos laudat Lambecius²⁾, quorum prior 50, alter 56 epistolas continet, Michaelē Glycam auctorem praeferrunt, hoc lemmate Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας γραφῆς.

1) [τόν] τοῦ P.]

2) fol. 30 v.

laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycae, ut et ab Hoeschelio ex bibl. Augustana eodem titulo, et a Iacobo Pontano, qui priores duas latine edidit. sed et ad calcem codicis posterioris Caesarei haec scribuntur *τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκῆ*. promiscue vero hasce epistolas sub nomine Zonarae sive Glycae semper laudat Allatius lib. 2 de consensu utriusque ecclesiae cap. 18 n. 17, lib. 3 cap. 15 n. 8, cap. 16 n. 24, cap. 18 n. 8, et contra Creyhtonem ¹⁾. in quibus quidem locis quasdam ex iis integras exscripsit, ita ut, cum scribebat, cuius essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. id duntaxat constat, harum auctorem vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antspologetico cuius meminimus, tum ex viris primariis aulae Cpolitanae quibus aliquot inscribuntur, atque in iis Ioanne Duca magno hetaeriarcha et sebasto, cuius prae caeteris, ut alios praeteream, mentio occurrit apud Nicetam ²⁾, et Manuele Comneno Sebastocratore, qui non alius est ab eo cuius pariter meminit Cinnamus ³⁾.

Quando vero Glycas vixerit, ex illius Historia non promtum est assequi: tametsi Zonara posteriorem fuisse, vel certo post Zonaram scripsisse, ex eo colligimus quod illius Annales non semel laudet ⁴⁾. unde illo multo esse posteriorem non desunt qui coniiiciunt. neque perinde ex Annalibus, vel ex aliis hactenus editis operibus, Ioannis Zonarae aetatem plane deprehendimus, nisi quod post imperium Ioannis Comneni vitam produxisse ipsemet videatur indicare, atque adeo vixisse Manuele imperante, a quo, ut opinor, ipse et Theodorus Balsamon, tum magnae ecclesiae Cpolitanae nomophylax et chartophylax, deinde Antiochenus patriarcha, sunt delecti ut sacros canones inspicerent et quae in iis obscuriora occurrerent interpretarentur, vel quae aliquatenus legibus adversari viderentur observarent; quod de se testatur Balsamon in praefatione ad expositionem nomocanonis. quod quidem ad ipsum Zonaram referri potest, qui suos in canones commentarios non suapte sed alterius iussu se conscripsisse prodit, uti supra observavimus,

1) p. 541 544.

2) in Alexio Man. f. n. 7 9. [p. 313 2 et 318 17 ed. Bonn.]

3) lib. 5 n. 14 15. [p. 232 3 et 235 1 ed. Bonn.]

4) Glycas p. 140 286 294 297. [p. 266 7. 530 16. 546 8. 551 22 ed. Bonn.]

ita tamen ut Zonaras suos emiserit ante Balsamonem, a quo non semel et cum elogio is laudatur. ex quibus saltem licet colligere, sub Manuele vixisse Zonaram atque adeo ipsum Glycam, si quidem illius sunt Epistolae de quibus agimus: quod certe suadere videtur scriptionis qua in Annalibus utitur ratio, ubi sacrae Scripturae potius quam illustrandae historiae totus incumbit. quin etiam in iis astronomos carpit et illos qui astrorum affectionibus quidquid in terra agitur adscribunt, adeo ut τοὺς μὲν πρόφους τοὺς δὲ μοιχοὺς καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἀρπαγὰς efficiant ¹⁾; quod et ipsum iisdem ferme verbis habetur in Antapologetico cuius supra meminimus: licet fateatur, ut et auctor Antapologetici, multa ex siderum affectionibus et signis caelestibus id quod futurum sit nos posse coniectare. ex quibus non omnino tamen conficitur Michaelem Glycam esse auctorem Epistolarum de quibus agimus, cum trivialis et quibusvis obvia sit eiusmodi circa astrorum influxus sententia, atque adeo ipsius sit Zonarae, qui in Annalibus ²⁾ deum astra condidisse scribit ut terrae ambitus per ea illustraretur et mensura temporis ex eorum circuitibus peteretur, non vero ut una cum motu stellarum omnia nostra circumferantur. iam vero Manuelem imperatorem astronomiae plus quam par erat operam impendisse, et astrologorum nugas pro oraculis excepiisse, testatur non uno loco Nicetas in illius vita ³⁾. quem quidem haud mirum sententiam suam in epistola ad monachum firmasse tot sacrae Scripturae et patrum auctoritatibus, cum a Cinnamo ⁴⁾ divinis perinde ac humanioribus litteris admodum instructus, et bello clarus habitus, Martem et Mercurium una et simul coluisse dicatur: ita ut Manuelli aptari potuerit quod Calpurnius ⁵⁾ de Carino imperatore cecinit

utcumque tamen conspeximus ipsum
longius, ac, nisi me decepit visus, in uno
et Martis vultus et Apollinis esse putavi.

1) Glycas p. 26. [p. 50 19 ed. Bonn.]

2) lib. 1 n. 1.

3) lib. 2 n. 7, lib. 5 n. 2 8, lib. 7 n. 7. [p. 126 10. 199 24. 220 3. 286 22 ed. Bonn.]

4) lib. 6 n. 2. [p. 253 16 ed. Bonn.]

5) ecl. ult.

HIERONYMI WOLFII
IN
IOANNIS ZONARAE ANNALES
PRAEFATIO,
AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM
D. ANTONIUM FUGGERUM
KIRCHPERGAE ET WEISSENHORN DOMINUM,
CAESARAE MAIESTATI A CONSILIIS, etc.

Opus hoc historiarum **IOANNIS ZONARAE**, viri sua aetate in Cpolitano imperio clarissimi, longo iam tempore a multis viris doctissimis desideratum, duplici potissimum nomine commendandum esse videtur, tum propter amplitudinem et varietatem rerum quae in eo continentur, tum ob brevitatem, hominibus vel in re publica vel domesticis negotiis vel studiis gravioribus occupatis, vel iis quorum infirmior est memoria, gratam atque aptissimam. neque enim cuilibet accommodatum est omnia scripta omnium historicorum evolvere, et praecipuas res summorum imperiorum a mundi exordio, quantum quidem mortalitati nostrae concessum est, usque ad hanc aetatem, ignorare turpissimum. nam si Cicerone auctore inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod haec tantum quantum sensu movetur, ad id solum quod adest quodque praesens est se accommodat, paululum admodum sentiens praeteritum aut futurum, homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, principia et causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, et rebus praesentibus adiungit atque annectit futuras,

facile totius vitae cursum videt, ad eamque degendam praeparat res necessarias, vix hominis nomine dignus est qui memoria et cogitatione ultra suam aetatem non progreditur. ac praescientia rerum futurarum, si qua est, divini potius esse muneris quam humani ingenii creditur: etsi non desunt qui vel natura incitati vel arte adiuti vel usu rerum edocti ea praedicunt quae multo post futura sunt. quae quidem facultas et latius pateret et multo esset illustrior, si tria haec in uno homine coniungerentur: praeteritarum autem ignoratio in homine literis vel mediocriter imbuto vix ullam habet excusationem. neque enim in hac, ut in illa, vel de rei difficultate vel de naturae nostrae imbecillitate queri possumus, sed vel supina negligentia vel occupatio supervacanea vel inane voluptatis studium culpam omnem sustinet. quis enim omnium mortalium ita negotiis obruitur quin, si parcus et prudens sit temporis pretiosissimi et irreparabilis thesauri dispensator, unam atque alteram horam legendo meditandoque absque ullo incommodo valetudinis et rerum suarum dispendio quotidie possit impendere? videmus enim quibus nugis, ne quid dicam gravius, plerisque tempus pereat, quod longe rectius studio sapientiae tribueretur. nec iniuria vir gravissimus Seneca exclamat, magnam vitae partem nihil agentibus, maiorem male agentibus, totam aliud agentibus elabi, eoque fieri ut necessaria ignoremus quoniam supervacanea didicerimus. supervacanea porro intelligit immodicum voluptatum honoris potentiae pecuniaeque studium, necessaria vero philosophiam, hoc est humanarum divinarumque rerum cognitionem: quae si ulli mortalium perfecta contingeret, haud dubie omnium oculi atque animi in illum unum tanquam deum quendam converterentur. nunc quia nomen inane multi iactitant, perpauca vero ita sunt morati ut recta ratio postulabat, fit ut res ipsa vulgo non intelligatur, et nomen odiosum aequae atque ridiculum habeatur. idque haud scio quam recte. neque enim disciplinae aut vitae genus ob hominum inscitiam aut perversitatem iure traducitur: et qui tam severe iudicant, ne semetipsos quidem, nisi mentis errore afficiantur, probant. homines enim sunt ut caeteri, et iisdem affectibus obnoxii: et parum liberale est unum atque alterum naevum exagitare dissimulatis virtutibus, quarum in philo-

sophis non minima est studium inquirendi veri et moderandarum cupiditatum, ut intra naturae praescriptum coherceantur, eodemque pro sua virili producendi quam plurimos. postulare autem ut ii sese infra omnes infimos homines abiciant, et in extremis sordibus Cynicorum more vivant, immanis est inscitiae atque superbiae. sed ad historiam redeo, quae cum crassior quaedam philosophia sit, et exemplis potius quam rationibus vitam civilem ac privatam instituat, non dubium est quin magnam habeat utilitatem cum summa suavitate coniunctam. in qua quae praecipue observanda sint, prudenter Livius his verbis monet "ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit. labente deinde paulatim disciplina, velut dissidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites, donec ad haec tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, ventum est. hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuaeque rei publicae quod imitere capias, inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vitas." hactenus ille. sed et Cicero, praeterquam quod ait "nescire quid antea quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum," magnis ornat laudibus historiam, cum testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriae, magistram vitae, nuntiam vetustatis appellat. quae cum vera esse non negem (neque enim quorundam fabulosa commenta rem ipsam corrumpere possunt), tamen, si maxima ex parte omnium aetatum consilia, acta, eventus aestimemus, quid est aliud historia quam ingens quoddam pelagus ac potius naufragium miserabile humanae stultitiae, improbitatis et miseriae, et speculum longe illustrius vitae privatae et politicae, quam ulla comedia aut tragoedia? quae cogitatio in huius operis elucubratione perpetuo sensibus atque animo meo obversata est. sive enim sacra sive profana, sive nova sive vetera occurrerent, sive Hebraea sive Graeca tractarentur, cramben eandem repeti, cantilenam eandem cani videbam: omnia plena erratorum, scelerum, fraudum, mendaciorum, praestigiarum, aerumnarum, dissensionum, caedum, excidiorum.

ut res ipsa abunde doceat, humanum ingenium ab ipso ortu esse depravatam, neque inanem exstitisse divinam execrationem, cum ubique sudor vultus, ubique tribuli et spinæ, ubique serpentis insidiæ appareant. boni et simplices pauci sunt: et si qui sunt, ii alias per imprudentiam in facinus ruunt, alias malis exemplis corrumpuntur, alias a maxime improborum et callidorum numero opprimuntur. et quanquam naturæ hominum duo insignia munera, facultas rationis et orationis divinitus sunt concessa, quibus ad contemplandum et celebrandum huius universitatis opificem, et ad tuendam ac iuvandam hominum inter ipsos communitatem utendum erat, in nullum fere alium usum a plerisque ea converti videmus, nisi ad expeditius fallendum et nocendum, et vastitatem efficiendam. an non ita plerumque vivitur, ut quemadmodum ferae in solitudine et silvis, pisces in fluminibus et mari, volucres in immensis illis aëris spatiis, magna ex parte quasi naturæ quadam lege imbecilliores opprimunt et devorant, ita etiam in nostro genere callidissimi et potentissimi quique imbecillitatem et simplicitatem caeterorum in suam prædam vertunt, aliquando etiam sine fructu, quid fructu dico? immo etiam cum periculo et incommodo suo aliis nocent; idque cum faciunt, quasi re bene gesta gloriantur. interea theologi de iusto dei iudicio, de præmiis piorum, de suppliciis improborum concionantur; cum ipsi sese, quasi terrogenæ illi fratres, acutis exacerbatae linguae pugionibus confodiant, eundemque morbum in animis auditorum propagent, ut haud iniuria dubitari queat an ... sed temperandum est calamo, ne ipse in idem vitium incidam. philosophi de officiis præcipiunt, et ipsi ab officio sæpe decedunt: neque fere usquam plus est iniuriæ quam ubi iuris plurimum, neque plus morborum quam in copia remediorum, nusquam plus paupertatis quam in summis opibus, nusquam plus dementiae quam in summa sapientiae persuasione. quæ quidem sapientia consuetudinis inveteratae, acceptæque a maioribus opinionis, et auctoritatis magistrorum fundamentis haud scio quam firmis innititur. hinc infinita illa dissidia religionum, doctrinarum, morum, institutorum, et propter opinionum (rei levissimæ) diversitatem capitales inimicitiae, seditiones perniciosæ, bellaque atrocissima. inter hæc alii fremunt, alii gemunt, aliqui

rient, multi flent, plures indignantur, plerique omnes conque-
runtur. nemo non aliena vitia perspicit et exagitat; sua vero
serio et constanter emendat fere nemo, aut sane paucissimi:
in quo exiguo grege utinam et ego meipsum numerare possem.
sed nescio quo pacto exemplis magis omnes trahimur quam
disciplina et ratione, καὶ τὸν ἐπιχώριον, ut Aristophanes ait,
ἀσκούμεν τρόπον. pauci enim ea sunt vel prudentia vel animo-
rum constantia praediti, ut cum vitiis et erroribus suorum tem-
porum pugnare possint. ita quasi fato quodam praecipites in
vitia ruimus, et ex vitiis in calamitates. quae fortasse minus
multae aut saltem leviores essent, si rectam rationem et reli-
quos adhuc in natura nostra divinae lucis igniculos in tantis for-
tunae tenebris tanquam fidelissimos duces sequeremur. quod si
fieret, non toties fatum fatui et caecam fortunam caeci accusare-
mus, neque nostros errores et vitia obscuris quibusdam nomini-
bus velaremus. nulla quidem est in terris vel sapientiae vel vir-
tutis perfectio, et frustra describitur nobis ille qui apud Horatium

uno minor est Iove: dives,
liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
praecipue sanus,

aut apud Gellium ἀκόλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύ-
θερος, εὐπορος, εὐδαίμων. qualis, ut opinor, nemo unquam
fuit neque futurus est. omnibus enim, quod satiricus perfacete
addit, non modo pituita, sed flava et atra bilis aliquando mo-
lesta est. quod utinam minus crebro et in dictis et in factis
praestantissimorum virorum cerneretur. alioqui doctrinam di-
vinarum humanarumque rerum et integriorem et minus contro-
versam et multo expeditiorem haberemus, et vita mortalium
aerumnis longe paucioribus premeretur. sed tantam esse ve-
cordiam et malitiam, ut quasi de industria miseros et nos ipsos
et alios esse velimus, id vero est dolendum. quid enim obstat,
morbis et morte exceptis (quorum illos intemperantia volupta-
tum atque libidinum cumulamus, hanc saepe quasi refugientem
ultra accessimus), quo minus etiam in terris aliquo modo beati-
simus? cum divina benignitas ad victum et cultum necessaria
liberaliter omnia suppeditet, modo recte uteremur et humaniter
communicaremus. nam pestilentiae quidem et sterilitates et
terrae motus et siccitates et inundationes, et si qua sunt eius

Zonarus Annales.

generis alia publica mala, in unius hominis aetatem rarius incidunt. bella vero nulla naturae necessitate, sed hominum, eorumque principum et regum, quos virtute et sapientia praestare caeteris et cives suos reddere beatos decebat, vel ambitione vel aemulatione vel avaritia vel crudelitate existunt, et longe maiorem malorum omnium molem secum trahunt quam quae naturae nobis necessitas imposuit. ne vero caeteri nos excusatos putemus, nunquam principes tantos ciere tumultus possent, nisi inferiores, iisdem morbis laborantes, illorum cupiditatibus non ministros modo sed duces etiam se praeberent: qui honesti laboris fuga et scelesti otii cupiditate divina humanaque iura omnia violare non verentur, et horribili furore et plus quam belluina immanitate grassantur; cumque ipsi pessimi sint, bona etiam aut saltem mediocria ingenia corrumpunt, aut caeteros quietos et tranquillos esse non patiuntur. saevum profecto et horrendum est Martis imperium, qui ferro et igni saevit; sed paulo mitior est Mercurii tyrannis, qui falsis rationibus et callidis verbis miscet omnia, et tela fere suppeditat quae Mars ei aculetur: pessimi sane demagogi, ut ab astrologis appellantur, ac potius *κοσμοκράτορες*. nam vis et fraus, iure et veritate oppressis, plerumque rerum potiuntur. quod etsi ita in promptu est, ut optabile sit esse obscurius, tamen nescio quo modo lectione historiarum magis animus commovetur et ad considerandam vitae humanae sive comicotragoediam sive tragicocomoediam et miseriam simul et vanitatem impellitur: quae nos ad aliam vitam, piis divinitus promissam, maiori studio et ardentioribus votis expetendam excitare debebant, et dum hic sumus, etiam diligentiores, prudentiores, et moderatiores efficere. nam tragicos casus, quorum plenae sunt historiae, vel ex superbia et ambitione, vel ex negligentia et temeritate, vel ex animi libidine et iniustitia ortum habuisse fere constat; perpaucos autem, dum officio fungerentur, impegisse. cuius rei Zonaras noster exempla paene innumera, in postremo tomo praesertim (absque quo si esset, posteriorum imperatorum res gestas magna ex parte ignoraremus) compendio proponit. in quo etsi alii alia desiderare possunt (quis enim satisfaciat omnibus?), tamen conatus eius egregius atque institutum praeclarum fuit, certam quandam historiae quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis

voluminibus membra et partes eius in unum quoddam corpus redigendi, ea moderatione adhibita, ut instar lauti magis quam copiosi convivatoris optima potius quam plurima apponeret, nec convivas cum fastidio dimitteret, sed ita affectos, ut Timotheum de Platone dixisse ferunt, cenas eius etiam postridie delectare. delegit enim sibi non omnium sed praecipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel praecipuas duntaxat vel eas quae ad ecclesiae seriem perspicendam facere videbantur, consilio iudicioque suo. quod sive probarit sive non probarit omnibus, hoc illi cum multis, illud cum paucissimis scriptoribus, ne dicam nullis, commune erit. in bona tamen spe sum, fore plures qui avidè accepturi et gratis animis hoc opus pellecturi sint, quam qui contempturi aut calumniaturi. morosorum vero et obtractorum querelas atque aculeos quis hominum deorumve effugiat? quibus, nisi quod ipsi fecerunt, nihil placet: ac ne ipsi quidem sibi ubique satis placent, alioqui non alias aliud probarent atque improbarent. non infitior posse videri Zonaram alias prolixiorē, ut in Iudaica historia, alias breviorē, ut in exterarum gentium rebus gestis. in quo si qua culpa commissa est, excusationem habere videtur hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quae scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit; qui auctores inter se dissimillimi sunt, quod autem non omnia persecutus est, fortasse non negligentia sed de industria fecit. nam omnium gentium atque urbium res gestas describere immensi est negotii atque adeo infiniti, ut taecum non semper esse fructuosum. ac parum abest quin dicam, id in tanta amplitudine orbis terrarum non magis esse vel utile vel necessarium, quam si quis in civitate maxima omnium domorum acta cognoscere studeat. insignia, rara, exquisita, nos aliqua ex parte attingentia ignorare turpe: consecrari singula curiositatis potius est quam eruditionis. si geographis, qui totius terrae formam tenere se profitentur, multas et magnas orbis partes ignorare licuit, cur non idem in historia quoque cum venia liceat? iam quod ad elocutionem attinet, contiones, strategemata, consilia, eventus, eadem fere ubique recurrunt. nam finitimos populos plerumque de finibus dimicare, esse causas vel praetextus quosdam bellorum et subitas occasiones, alia atque alia consilia, sententias, eventus, quis nescit?

occidit miseros crambe repetita magistros
inquit ille, et alio loco

quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
gaudia, discursus nostri farrago libelli.

Quae cum ita se habeant, et philosopho auctore singularia infinita sint nec ullis scientiae limitibus includi possint, praecipua ex iis scire satis est (de hominibus occupatis loquor) et ordinem temporum ac rerum gestarum animo complecti. quam ad rem non parum adiumenti afferet Zonaras noster, qui ab orbe condito auspiciatus ad suam usque aetatem, hoc est ad annos abhinc amplius 400 processit. in quo necesse habuit prima quasi rerum gestarum cunabula ex litteris sacris, Iosepho atque aliis scriptoribus vetustis repetere. quae nobis, si absque Mose fuisset, plane ignotae essent: cui nos ut divinitus edocto religio nostra, quamvis adversante philosophia, credere iubet ac cogit. ut sit, auctorem eo antiquiorem et certiore non habemus. est enim Iudaica historia veluti fundamentum aut principium caeterarum omnium: et gentis illius mirum quoddam fatum, ut paene totum terrarum orbem pervagata, in summis exterarum gentium odiis et adversationibus, tamen opiniones suas mirabili sive pertinacia sive constantia defenderit, atque etiam hodie tueatur, et multos in suam sententiam pertraxerit. quale nihil in caeteris populis cernitur: quorum historiae, insertis etiam et explicatis Danielis et aliorum prophetarum oraculis, obiter attinguntur, ut Aegyptiacae, Assyriae, Persicae, Macedonicae, Romanae. quanquam his peculiare volumen dedicavit, quod ego in duas partes distinxi, et Christianos imperatores ab ethnicis separavi, ut totum opus tripartitum esset. de cuius argumento hactenus. nunc etiam de stylo auctoris nonnihil est dicendum, qui cum non unius sit generis et formae, sed pro varietate auctorum, e quibus haec petita sunt, et ipse variet, in ultimo tomo praesertim, qua aetate Graeca pariter et Romana lingua degeneravit, eruditi homines in eo nonnihil desiderabunt. desideravi et ipse nonnihil, parsimoniam in primis Demosthenicae orationis, quae meo palato longe fuit gratior, et ad convertendum non tantum iucundior sed etiam facilius: utut aliis difficilis videatur, et mea tenuitate superior. nam in hoc auctore multae sunt aut mihi certe esse videntur *περισσολογίαι*, quae ut Graecum

sermonem suo quodam genio saepe non infeliciter lascivientem deceant, Latinis auribus multo severioribus, nisi multum ego fallor, permolestae futurae erant. eaque de causa, ubi citra sententiae detrimentum fieri potuit, a me alicubi praetermissae sunt. idque cum non tam mea sponte, quam monitu doctissimorum virorum, Ioachimi Camerarii et Ludovici Carini, fecerim, me facile viris doctis probaturum confido. imperitorum autem et obtrektorum iudicia, quae vel nulla vel perversa sunt, contemno, neque facio pluris quam morsum pulicis elephantus Indicus. Fabris enim fabrilia tractanda sunt, neque temere falces in alienam messem immittendae. concessa omnibus est ab invidia et imperitia ad aequitatem et eruditionem provocatio. idem mihi ius, ubi vel decere vel necessarium esse visum est, et in dialogismis ad perpetuam orationem redigendis haud raro permisi, ne propria nomina et pronomina quaedam et verbum *inquit* et alia huiusmodi ad fastidium usque inculcanda essent. quis enim non malit cum Aristoxeno redire in latomias, quam eandem cuculi cantilenam audire toties? ut enim Graeci vel ob complures breves et commodas connexionum particulas, vel ob participiorum, quae praeteriti temporis significationem habent, multitudinem, sive etiam aliis de causis, quas hic persequi longum fuerit, a tautologiis et perissologiis minus abhorrent, et omnia minutius et curiosius persequuntur, sic qui apud Latinos imitari eadem voluerit, nae is in horrendam et ineptam incidat loquacitatem? qui igitur interpretem huiusmodi salebras sine ullo sententiae detrimento vitantem vel negligentiae vel malae fidei accusant, suam vel incitiam et iudicii inopiam vel morbum animi et nulla de causa maledicendi libidinem produunt. neque tamen indulsi mihi nimium. nam quod Plato ait, ei quam disputando respondeat interrogantis vestigia persequenda esse, id multo magis faciendum esse alienae linguae interpreti cogitavi, quod si is scriptor, quem explicandum susceperis, recto itinere praecessit, hoc est si rerum bonitatem cum elegantia dictionis coniunxit, interpretes et minus laboris et plus laudis capit: sed illius salebrosa est oratio, et res haud magni momenti continet, alienae culpae dare poenas etiam interpretes cogitur. nam, ut Sophocles alio sensu affirmat, malarum rerum pulchra esse commemoratio non potest, et ordinem ac dispositionem earum

immutare vix conceditur. ut igitur oratio interpretis Latina et pura sit, ipsa tamen compositio horridum quiddam atque asperum sonat, membris et partibus eius non multo melius quam arena sine calce cohaerentibus. quae vitia qui effugere volunt, in aliud gravius plerumque incidunt, ut dum orationi poliendae et exornandae impense student, ab auctoris sententiis longe aberrant, et gravissimo perfidiae criminis se obstringant. his incommodis acute perspectis, summo ingenio et doctrina vir Ioannes Iovianus Pontanus praeclare scripsit, malle se quemque afferre sua, quam offerre aliena: et quod scripsit, ipse in doctrina morum et rerum caelestium explicanda fecit, a philosophis et astrologis petita materia, quam suo arbitrato et collocaret et exornaret. sed tanti viri exemplum ego imitari, praesertim in hoc scripti genere, et ingenii tenuitate et aliis incommodis impeditus, neque possim neque ausim. illud mihi satis fuit, ut sententias bona fide appenderem, et dictione, quantum ipse auctor et orationis meae paupertas pateretur, quam minime aspera uterer aut barbara. nec tamen ipse mihi ubique satisfeci, et in meae infelicitatis parte numeravi, quod in auctorem luculentiorum non incidissem. non quod hunc reprehendam, sed quod vereor ne ab aliis ipse reprehendar, qui nihil nisi florem dictionis sequuntur, qui profecto in brevitate annalium locum non habet. ubertatem Livii quaeris? at orationis divitiae cum paupertate rerum coniungentur. diligentiam in minutissimis quibusque persequendis postulas? atqui in immensum volumen excrescet historia, nec iam compendium erit sed dispendium aut potius furtum. nam quem prolixitas voluminum delectat, is non epitomas sed historias legat. quas si omnes meminit, bene est: sin minus, Zonara tanquam indice et monitore utatur; ac cogitet nihil ab omni parte beatum esse, et multiplicem variarum rerum in uno non usque adeo magno volumine cognitionem styli incommodis, si qua sunt, comparet. quae ratio me quoque movit ut non conquiescerem prius quam saxum hoc, quod toto hoc anno versavi, ad montis cacumen perductum tandem aliquando constitisset, ingenti utique labore et multis sudoribus, quocumque tandem eventu. nam ut de conversionis ipsius aerumnis taceam, quantum difficultatis in ipsa lectione fuit ob characteres elegantissimos illos quidem sed lectu diffi-

cilimos propter affectata illa scribendi compendia et τῆς καλλι-
 γραφίας studium, unde infinita errata oriuntur ex facili notarum
 mutatione: quae cum alicubi non dissimiles sint, vim diversis-
 simam habent. unde factum ut, quemadmodum Plutarchus se
 Latina verba ex cognitione rerum asequentum profitetur, ita ego
 saepe de varietate lectionis ex sensu et constructione divinare
 sim coactus, ratione plane praepostera. nam et verba rerum,
 et litterae verborum notae ut essent sunt inventae. neque ta-
 men hac solertia me expedire ubique potuissem, nisi plures mihi
 codices suppeditati fuissent. quorum tres e tua bibliotheca ac-
 cepti, magnis sumptibus Cpoli comparatos opera atque industria
 egregii viri et prudentia longinquis peregrinationibus Ulyssis
 exemplo ac multo rerum usu parta clari, Ioannis Derneschwam,
 qui in fronte vetustissimi illius codicis ¹⁾ haec verba scripsit:
 "Chronicon Ioannis Zonarae duobus tomis distinctum, quorum
 prior historiam Iudaicam potissimum ab exordio mundi usque ad
 Hierosolymorum excidium, alter imperatorum tam Graecorum
 quam Romanorum res gestas usque ad Alexii Comneni obitum
 complectitur: anno domini 1554 Cpoli in Pera sive Galata
 (quam olim κέρως sive Cornu appellatam putant) 150 ducatis
 Hungaricis emi a magnifico domino Antonio Caatacuzeno: cuius
 familia, dum res Byzantina stetit, imperatoria fuit, nunc sub
 Turcico dominatu ad privatam condicionem redacta est: ab eo-
 que rogatus sum ut hoc opus aliquando excaderetur, et impressi
 codicis sibi copia fieret ob Zonaram conservatum. praeterea
 secundum Zonarae tomum de imperatoribus conferendi gratia
 ab Alexandro chartophylace triginta ducatis Hungaricis compa-
 ravi. alium item Zonarae libellum de rebus imperii et ecclesiae
 a Constantino usque ad Iustinianum imperatorem ex vetusto
 codice transcribendum curavi." hactenus ille. quartum codi-
 cem ²⁾, qui a Constantino Magno incipiebat, omnibus orna-
 mentis amplissimi viri, domini et Maecenatis mei, Ioannis
 Iacobi Fuggeri bibliotheca instructissima suppeditavit. denique
 praeter omnem spem et expectationem meam accessit Vien-
 nensis bibliothecae codex integer ³⁾, benignitate singulari cla-

1) [inter nostros C.]
 2) [D.]
 3) [B.]

rissimi viri et senatoris regii, domini Gasparis a Nydbrug etc ultro suppeditatus: quem totum, adiutore Hieremia Martio, praeclaræ indolis adolescente (cuius in hoc opere Graecæ Latinaeque exscribendo solerti et fideli opera sum usus), contuli, et multas nostri codicis lacunas explevi. qui sicubi ambo non satisfecerunt, caeteros quoque tres inspexi, et e variis difficultatibus me quanto potui studio expedivi: quanto labore, nemo aestimabit melius quam qui ipse operis non dissimilis periculum fecerit. si qua, in diversitate illa, momenti alicuius esse videbantur, ad finem operis adscripsi. manifeste vero praetermissa aut depravata non annotavi. cuius enim dementiae fuerit, persequenda librariorum vel inscitia vel negligentia vel perfidia et mihi et lectoribus facessere negotium? ut enim oculus integer candidum a nigro facile discernit, sic acuto et exercitato ingenio videre non difficile est, quae lectio vera sit, quae praetermissa, quae addita ex supervacuo, quae depravata sint. neque his contentus indicem quoque adieci: quod genus operae, quamvis lectoribus utilissimum, ut nihil admodum laudis et ingenii habet, ita multum temporis et laboris sibi vendicat, praesertim si eum indicem per temporis angustias et alias occupationes ita pertexere licuisset uti coeperam. quid multa? confido me officio fidelis et non indiserti interpretis sedulo esse functum; in id certe operam dedi. sin aliis aliud videbitur, illud saltem affirmare possum, me quod scierim et potuerim fide optima fecisse et diligentia summa; sicubi vero aut ingenii vires aut eruditionis nervi mihi defuerint, fortunae eam esse culpam, infelicitatem meam, quae cum aliis tantum displiceat, mihi etiam plurimum nocet. neque tam iniquum ullum esse puto, qui plus a me postulet quam praestare queam. ego vero iis, qui vel in hoc vel in aliis operibus a me conversis laudem solidam assequuntur, gratulabor potius quam invidebo. cum enim, quidquid hactenus edidi, id vel publica utilitate vel temporibus meis adductus fecerim, nec tam famam captarim quam famem vitarim, si eae lucubrationes meae illustrioribus aliorum editionibus, quales aliqui pollicentur, aliqui etiam minantur, abolitae fuerint, non iniquo animo ferendum erit, meum privatam dedecus (si quod tamen infelicis potius quam inhonesti conatus est dedecus) cum rei publicae litterariae utilitate coniungi, cui ex animo consultum

esse et volo et volui. vellem equidem id cum laude mea potius et gloria fieri (neque enim amorem nostri ab ipsa natura insitum plane abiecimus), sed si fati aliter visum est, hoc quoque aequi bonique faciendum erit.

Atque haec de auctore et argumenti genere et opera mea: nunc ad eam praefationis partem accedendum est, in qua alioqui multum sudare solitus, quod verebar ne vel in assentationis suspicionem commemorando vel in negligentiae crimen dissimulando venirem: nunc ut liberiore sim animo, tua modestia vel potius magnitudo animi facit, qua id ab ineunte aetate meditatus esse videris quod apud Ciceronem Scipioni divinitus praecipitur, ut alte spectans atque ad caelestem sedem et aeternam domum contuens, neque sermonibus vulgi dederis te, nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum, sed suis te illecebris ipsa virtus traxerit ad verum decus: ut illud Graeci poetae de te dici possit

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλεις,
βαθειᾶν ἄλοκα διὰ φρεσῶν καρποτέρως,
ἐξ ἧς τὰ κερὰ βλαστάνει βουλεύματα.

quibus versibus id Amphiarao suo tribuit Aeschylus, ut affirmet eum virum optimum esse malle quam videri, cuius animus tanquam ager fecundus et probe subactus, conceptis virtutum seminibus, honestorum consiliorum et quae inde oriuntur actionum quandam quasi segetem proferat. quae si per omnem aetatis tuae decursum, quem ita moderatus es ut honesta negotia suavissimo otio semper anteposueris, singulatim explicare studeam, opus Iliade prolixius mihi nascetur, et tuae aures satis scio non ferent. quae igitur calamo vel tua voluntas vel mea verecundia negat, ea posteritatis sermonibus vel invito te celebrabuntur. idem enim est gloriae quod crocodili ingenium: sequentes fugit, fugientes sequitur. nihil (ut eloquentiae Romanae parens testatur) de insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet. famae nemo unquam imperare potuit. non patitur illa Hesiodi dea sibi frenos iniici: loquitur et clamat, ut ab ipsa posteritate vox eius audiatur. praedicabit illa non tantum ornamenta fortunae, ob quae cum vulgo beatus habearis, tu ea umbrae parietum comparare soles, sed et ingenii magnitudinem et prudentiam tuam periculosissimis temporibus in re et publica et privata,

animi constantiam et aequabilitatem in utraque fortuna, in amplissimis opibus, quas a maioribus acceptas et feliciter conservasti et sine cuiusquam iniuria amplificasti et ad bene merendum de multis contulisti, eam modestiam et debiti etiam honoris contemptum, qui vel in infimis hominibus raro invenitur; nec tacebit vel benignitatem erga miseros et afflictos, vel liberalitatem erga studiosos et doctos: in quo numero si quis mihi locus est, et si inter Luscinios, Carinos, Tonneros, Streitos, Siphanos atque alios complures, qui tua munificentia fruuntur, numerari mereor (ut autem merear, tua humanitas potius quam mea dignitas facit), et ego nomen meum ex grati animi officio profiteri debeo, qui post multas aerumnas tua liberalitate, Vir amplissime, tandem hoc consecutus videor, ut ad omnes fortunae casus, qui varii impendent, aliquid parati subsidii (nisi fatalis aliqua calamitas intercesserit) me habere confidam: et hic annus, cui tu tanquam salutare quoddam sidus affulsisti, id mihi attulerit, quod per omnem aetatem exhausti labores non contulerunt. ita res ipsa me docet, nimis verum illud esse regii vatis oraculum, qui frustra ante lucem surgere et panem comedi doloris, deum autem suis vel dormientibus suppeditare omnia confirmat. etsi autem in tanto opere neque dormire neque dormire nimium, ac ne valetudinis quidem semper rationem habere licuit (nam alias nunquam tantum volumen tantillo spatio temporis absolvissem), tamen, si hi decem menses, quibus in hac lucubratione continenter elaboro, cum omni antea vita mea comparentur, plane dormientis rete traxisse videor, meque insigni beneficio tuo devinctum esse hoc publico monumento testor, quod tua munificentia studiosis historiarum nunc primum communicatur. faxit deus optimus maximus ut neque te sumptuum tantorum neque me laborum paeniteat; idemque te cum liberis tuis ornatissimis totaque amplissima Fuggerana familia quam diutissime incolumem et florentem conservet. Augustae Vindelicorum, ex bibliotheca herili: calendis Novembris, anno a nativitate domini MDLVI.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.



ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ ^{P 11}
^{W 11}
 ΧΡΟΝΙΚΟΝ. *)

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

1. *Ἐνότῳχος ἄν τις εἴποι ἐπιτωθάζων μοι, μείζον σοι τοῦ Α ἔργον τὸ πάρεργον. ἔδει γάρ με ὡς ἀληθῶς πάλαι τῶν πραγμάτων ἀφέμενον καὶ τυρβάζεσθαι ἀποσχόμενον καὶ τοῦ μέσου μεταναστεύσαντα καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐλόμενον ζῆν ἀειφυγίαν τε ἑαυτοῦ καταψηφισάμενον, οὕτω τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομήσαντος τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἐπειδὴ τοὺς δεσμούς μου διέρρηξε τῶν φιλάτων στερήσας με, οἷς οἶδεν ἑκείνος λόγοις, ἀλγεινῶς μὲν ἐμοὶ συμφερόντως δ' ὄμως, μηδὲν ἕτερον μετιέναι ἢ ὅσα ψυχὴν καταρτίζουσι καὶ καθαιροῦσι*

*) Sic PW. ἐπιτομή ἱστοριῶν συλλεγμένα καὶ συγγραφείσα παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ ζωνάρᾳ τοῦ (τοῦ om A) γεγονότος μεγάλου δρογγαρίου (δρογγαρίου B) τῆς βίβλος καὶ (καὶ om A) πρωτοσημῆτις AB: Χρονικὸς τοῦ τιμιωτάτου μοναχοῦ κυρίου Ἰωάννου τοῦ Ζωνάρᾳ C. 3 μεταναστεύσαντα ABCW, μεταναστεύοντα P. 4 καὶ om C. ἑαυτοῦ] ἑαυτῷ AC. 6 ἐπὶ A, ἐπὶ B, ἐπὶ δὲ C. στερήσας μὲ om A. 7 δ' ὄμως] δὲ πάντως A, δὲ πάντως B.

IOANNIS ZONARAE
 ANNALIS.

PRAEFATIO.

1. *Equidem hand inepte rideri queam ut supervacuis in rebus magis quam in necessariis occupatus. posteaquam enim e medio excessi vitamque delegi solitariam, perpetuo mihi ipsi exilio indicto (idque illius nuda arcanoque consilio factum qui supra nos est, ruptis vinculis meis creptisque mihi carissimis, cum dolore quidem, utiliter tamen), omnino me impudens omisis negotiis turbisque repudiatis nihil aliud tractare con-*

P I 2 τῶν ἐντακέντων αὐτῇ μολυσμάτων διὰ φανλότητα πράξεων, καὶ ἅττα ἐξιλεοῦνται τὸ θεῖον ἐφ' οἷς παρώργισται παρ' ἐμοῦ, παραβηκότος τὰς ἐντολάς αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα, καὶ ζητεῖν οὕτω συγγνώμην ἐπὶ τοῖς πταίσμασιν. ἐγὼ δ' ἀμειλῶς πρὸς τὸ ἔργον ἐκ τῆς πρὸς τὰ καλὰ νωθρείας διατιθέμενος, περὶ τὸ πάρεργον 5 κατέπεινα τὴν σπουδῆν.

Ἄλλ' ἵνα τι καὶ ὑπεραπολογῆσωμαι ἑαυτοῦ, οὐκ οἶκοθεν B ὠρμήθην πρὸς τὸ ἐγχεῖρημα, ἄνδρες δέ με φίλοι πρὸς τοῦτο παρέθηξαν, σχολάζοντα βλέποντες καὶ "χρῆσαι" λέγοντες "τῇ σχολῇ πρὸς ἔργον κοινωφελές, καὶ κείσεται σοι πρὸς τοῦ θεοῦ 10 καὶ τούτου ἀνταπόδομα." προσεπῆγον γὰρ ὡς οἱ περὶ τὰς ἱστορίας πονήσαντες καὶ τὰ πάλαι γενόμενα συγγραφάμενοι, οἱ μὲν διεξοδικώτερον τὰς τε ἄλλας πράξεις τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ C στρατηγήματα συγγράψασι, παρατάξεις διηγουμένοι καὶ συμπλοκάς στρατευμάτων καὶ στρατοπεδείας καὶ χάρακας καὶ εἴ τι 15 τούτοις ἐπόμενον, πρὸς δὲ τοῖς περιηγήσεις χωρίων καὶ δυσχωρίας ὁδῶν καὶ ὄρη προσάντη καὶ δύσβατα καὶ ἀυλῶνων στενοχωρίας καὶ πόλειων ὀχυρότητας καὶ πυργωμάτων ἕψη μετέωρα καὶ ὡς ἂν τις φαίη ἀθέτρια· τοῖς δὲ καὶ πρὸς ἐπίδειξιν συντίθενται τὰ συγ- D γράμματα, ἐπιδεικνυμένοις ὅπως εἶχον περὶ τὸ γράφειν δυνάμεως, 20

1 ἐντακέντων B. 4 τοῖς om C. 5 νωθρείας ABC, νωτρείας PW. 7 ὑπεραπολογῆσωμαι ABC, ὑπεραπολογῆσομαι PW. 10 κείσεται AC, κείσηται PW. σοι ABCW, σοί. τι P. πρὸς τοῦ — τούτου A, κ. τούτου κ. τ. θ. PW. 11 προσεπῆγον A. 13 τὰς ἄλλας τε A, om C. 17 αὐλῶν B, αὐλαίων C. 19 συντίθενται B. 20 περὶ τὸ γράφειν om C.

veniebat nisi ea quae animum excolant et a maculis pravarum actionum assuetudine impressis purgant, quaeque numen infestum mihi ob eius praecepta violata et desertam iustitiae viam placare queant, itaque delictorum veniam impetrare. ego vero, quae mea ad recte faciendum socordia est, rebus necessariis neglectis in supervacuis elaboro.

Tamen, ut pro mei defensione aliquid afferam, non meapte auctoritate susceptum hoc opus est, sed hortatu amicorum: qui cum me otium agere viderent, id aiebant in negotium aliquod esse conferendum, quod et rem publicam inaret et ipsum quoque divinum mihi praemium conciliaret. addebant, eos qui historiae et rebus olim gestis describendis laborassent partim cum alia facta veterum tum strategemata prolixius conscripsisse, atque acies instructas, exercituum conflictus, castrametationes; aggeres excitates et alia huius generis enarrare, praeterea quoque loca et impedita itinera et montes arduos atque inaccessos, vallium item angustias, urbium munitiones et turrium altitudines immensas propeque in caelum porrectas quasi oculis sublicere; partim scripta sua ad ostentationem retulisse, ut suam scribendi facultatem demonstrarent, eoque

καὶ διὰ τοῦτο δημηγορίας τε μεταξὺ τιθεῖσι καὶ παρεκβατικώτερον
 ἢ καὶ ῥητορικώτερον κεκρημένους τῶ λόγῳ· ἐνόοις δὲ καὶ εἰς δια-
 λόγους τὸ φιλότιμον ἐτελεύτησεν, ὥσθ' ὀπηνίκα περὶ τινῶν ἑτερο-
 δοξούντων καὶ σφαλλομένων περὶ τὰ ὄρθα συγγράφονται δόγματα,
 5 διαλλεῖς ποιῆσθαι πρὸς ἐκείνους ὡς πρὸς παρόντας, καὶ διελέγ- P I 3
 χεν αὐτῶν τὸ κακόδοξον, καὶ τῆς ἱερᾶς γραφῆς τοὺς ἐλέγγους
 παράγειν, ἢ καὶ Ἰουδαίοις ἀντιλέγειν, καὶ ἐθελοκακοῦντας δε-
 κνέειν αὐτοὺς εἰ μὴ τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον δέχοιντο, καὶ χρῆσαι
 κεκρησθαι προφητικαῖς, καὶ πρὸς Ἑλληνας αὖθις ἀντικαθίστα-
 10 σθαι, καὶ τὸν ἕθλον ἐκείνων εἰς μέσον παράγειν, καὶ καταμω-
 κῶσθαι τῶν μυθευομένων αὐτοῖς, καὶ τὰς αὐτῶν γραφὰς προσφέ-
 ρειν τῆς κακοδοξίας εἰς ἔλεγχον, ἔστι δ' οὗ γνώμολογῆν τε καὶ B
 ἠδικεῦσθαι. "ταῦτα δ'" ἔφασαν "τοῖς πλείοσι τῶν ἀναγινω-
 σκόντων τὰ τῶν ἱστορικῶν ἐκείνων συγγράμματα, ἵνα μὴ λέγωμεν
 15 πᾶσιν ἴσως, φορητὰ τε καὶ παρελκοντα ἤγηται, ὅτι τε σχολῆς
 εἰσι δέδομενα πλείονος, καὶ ὅτι, κἂν ταύτης τύχοιεν τῶν ἐπιόντων
 τὰς ἱστορίας τινές, μάταιον ἐκείνοις ἀποβαίνει τὸ περὶ ταύτας C
 πονεῖν, τῶν μακρῶν διηγημάτων τῶν περὶ παρατάξεων καὶ πόλε- W I 2
 μων καὶ τοῦ τῶν στρατιῶν διακῶσμον καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ὁμοίων
 20 διαφερόντων τὴν μνήμην, τῶν δὲ γε δημηγορικῶν καὶ τῶν δια-
 λέξεων καὶ εἰς τὸ ἀνόνητον περισταμένων τοῖς ἐπιθεῖσι τὰ ἱστο-

1 τε add A. 2 διάλογος ABC, διάλογον PW. 4 συ-
 γράφονται AC, et B ut videtur. 5 ὡς πρὸς AB, ὡς PW.
 6 ἱερᾶς om A. 7 Ἰουδαίους B. 8 χρῆσαι ABC et codi-
 ces Ducangii, ῥήσαι PW. ex conjectura Wolfii. 11 προσ-
 φέρειν C. 15 ἴσως om AB, "abest ab aliquot mss" Dsouane.
 17 μάταιος C. 19 στρατιωτῶν A. 20 alterum τῶν om B.

conciones interposuisse ac digressiones, oratorio plane modo; partim
 ambitione quadam desinere in dialogos; ut, cum de aliquibus diversae
 opinionis et a rectis sententiis aberrantibus scribant, cum iis quasi
 praesentibus disputent et pravae eorum persuasiones arguant, probatio-
 nibus et sacra scriptura peiitis, aut Iudaeos confutent, ipsorumque pra-
 vitate ac pertinacia fieri contendunt quo minus religionis nostrae arcana
 amplectantur, locis prophetarum in medium adductis, atque etiam gen-
 tilibus sese opponere eorumque nugae afferre in medium, ac deliramentis
 fabularum subsannatis scripta ipsorum erroris coarguendi gratia proferre,
 nec non alicubi sententias congerere et de formandis moribus disputare.
 haec aiebant illi si non omnibus at plerisque lectoribus molesta et super-
 vacanea videri, quod et multum otii requirant et, si quibus id suppetat,
 inanis tamen labor sumatur in evolvendis prolixis illis narrationibus prae-
 liorum et bellorum et ordinationis exercituum aliarumque similium rerum
 quae memoria effluere soleant. iam concionibus et disputationibus in
 historia legendis nullum fieri operae pretium. nam quem ex eo capi

ροσόμενα. *τινι γὰρ ἔσται τις λουπέλεια*” ἔλεγον “ἐκ τοῦ γινῆσαι τί μὲν ὁ δημαγωγὸς ὕδρι διειλέχθη τῷ δήμῳ, τί δὲ τοῖς στρατιωταῖς
D ὁ στρατηγός, ἢ τί τοῖς πρέσβεσιν ὁ ἀντοκράτωρ ἐκείνος ἔφη τοῖς ἐκ *Μεσῶν*, ἢ ἄλλος τοῖς ἐκ *Κελτῶν ἢ Σκυθῶν ἢ τοῖς ἐξ Αἰγύπτου* τοχόν ἢ τοῖς ἐκ *Λακῶν* τε καὶ *Τριβαλλῶν*, τί δ’ ἕτερος τῆ συγ-
 κλήτεω βουλή ἢ τῆ κληθεί τῆ δημοτύδι δημηγορῶν προσωμίλησε;”
 τοὺς μὲν οὖν τοιαῦτα ἔλεγον τὰ τῶν ιστοριῶν ἐκδεδωκέναι συγ-
 γράμματα, πεπλατυσμένα δηλαδὴ καὶ πρὸς τὸ φιλοτιμότερον
P I 4 ἀποκλίνοντα, τοὺς δὲ ἀντιθέτως ἐκείνους διατεθῆναι περὶ τὴν τῶν
 ιστοριῶν συγγραφὴν, βραχυρρημοσύνη χρησαμένους, *κάντεῦθεν* 10
 περὶ τὰ καιρῶν ζημιούοντας τοὺς περὶ τὰ σφῶν ἐποπυδακότητας συγ-
 γράμματα, ἅτε καὶ αὐτὰς τὰς καιριώτερας τῶν πράξεων τῶν
 ιστορουμένων παραλελοσιπίας ἀνδρῶν, ἐνίας μόντοι καὶ ἐξυμνεῖ-
 σθαι δικαίας, βράχιστα δὲ τινα περὶ ἐκείνων εἰπόντας, καὶ ταῦτα
B μήτε τὸ ἦθος ἐκείνων ἢ τὴν φύσιν παραδηλοῦντα καὶ τὴν προαι-
 ρεσιν, μήθ’ ὅπως τῶν βασιλευσάντων ἕκαστος τῆς βασιλείας
 ἐκράτησε, μήθ’ ὅστις ἦν πρὸ ταύτης, μήτ’ ἐκ τίνων ἐγένετο.
 τινὰ δὲ τῶν συγγραμμάτων τούτων καὶ ἀφελειότερον λίαν ἐκδεδῶ-
 σθαι προσετίθουν τῆ φράσει, *συντεθεισθαί τε αὐτὰ σολοικότερον*
 καὶ *ιδιωτικαῖς λέξεσιν ἐκφέρεσθαι ἢ καὶ βαρβάροις ἐνόητε*, ὥστε 20
C ἐντεῦθεν ἀηδῶς τοὺς λόγους ὠμιληκότητας πρὸς αὐτὰ διατίθεσθαι.

1 τί] τίς B. 2 ἔθε] ἔθε C. διελέχθη C. 3 ἢ τοῖς
 πρέσβεσι τί ἔφη ὁ αὐτ. ἐκείνος τοῖς ἐκ B. πρέσβεσιν C.
 5 Λακῶν] θαρρασίαν B. τριβαλλῶν ABC. 8 φιλότιμον B.
 9 ἀποκλίνοντα B. 12 τὰς om C. καιριωτάτας B. 15 μήτε
 τὸ] μήτ’ AC. 19 *συντεθεισθαί* — 21 *ἐντεῦθεν*] καὶ *ιδιωτι-*
καῖς ἐκφέρεσθαι λέξεσιν (λέξει A) ἢ καὶ (καὶ om B) *βαρβάροις*
ἐνόητε, *συντεθεισθαί τε σολοικότερον*, ὥστε *κάντεῦθεν* AB.

fructum, si quis sciat quid vel concionator apud populum vel dux apud milites dixerit, quid item imperator alius legatis Persarum, alius Gallorum aut Scytharum aut Aegyptiorum forsaa Dacerumve aut Triballorum responderit, quae verba alius apud patres conscriptos aut papulum fecerit? scripta igitur huiusmodi asserabant latius evagari et ad ambitionem inclinare: alios porro scriptores contrario laborare vitio, qui dum breviter affectarent, rerum necessarium cognitione fraudarent lectorem, praeteritis aliquando aut saltem breviter perstrictis praecantium virorum rebus gestis, quae vel divinis celebrari laudibus mereantur, nec declararent qui mores, quae ingenia, quae consilia illorum fuerint, nec quo pacto quisque regum sit petitas regno, qui fuerit ante illud partum, quibus ortus materibus. addebant, scriptorum illorum quaedam nimium inornata esse dictione, compositione aspera, verbiisque plebeis ac nonnunquam barbaris constare: unde fieret ut homines crediti ab eorum lectione abhorrent. his illi dicendis, et scriptis historicorum

τοιούτω λέγοντες καὶ οὕτω τῶν ιστορικῶν συγγραμμάτων ὡς εἶρη-
ται καθ'αυτὸν, πολλάκις με παρέδθηγον τὰς βίβλους ἀνὰ χεῖρας
λαβεῖν, καὶ παρῆσαντι τὰ πολλὰ, ὧν τὰ μὲν τῇ μνήμῃ προσεί-
ναν διὰ τὸ πλῆθος ἀποπερῆσαι, τὰ δ' εἰς οὐδὲν τελευτῶσιν ὀνή-
5 σιμον, τὴν δὲ γὰρ κέλευσμένην ἐπιτεμόντα δῆγησον, σύντομον
ἱστορίαν ἐκδοδακίαν, συνοπτικῶς διδάσκουσαν τοὺς ἐπιόντας τὸ
σύνγραμμα τὰ κριμότερα τῶν πεπραγμένων ἢ καὶ ἄλλως συμβε-
βηκότων τοῖς περὶ ὧν ἡ συγγραφή διαλέγεται.

Ἐκείνοι μὲν οὖν πρὸς τοιοῦτόν με παρακίνοον ἀποδύσασθαι
10 πόνημα καὶ τοιοῦδα συγγράμματος ἄρῃσθαι· (2) ἐγὼ δὲ τὸ μὲν
ἀνεμίενος τὴν γνάμην ὧν (εἰρήσεται γὰρ τάληθές·) καὶ ῥητοσῶν
σοφῶν, τὸ δὲ καὶ ἀσχολίας συνροῶν τὸ πρῶγμα δεβμενον καὶ P I 5
βίβλων πολλῶν, ὤκνου καὶ ἀνεδύμην πρὸς τὴν ἐγγεῖρησιν. οἱ
δὲ με νύττοιτες οὐκ ἀνίσωον, καὶ ποτε πρὸς τούρου τῇ τῶν
15 νουμῶν συνεχεῖα διεγηθήσασιν. εἰ γὰρ κοιλαίνεν τὸ τῆς πέτρας
σκληρὸν καὶ ἀπέρκροτον ῥανίδος ἐνδελείχεια δύναται, μᾶλλον ἂν
δυσήσεται λόγος ἐνδελείχῃ τὰ ὅσα θυροκοπῶν γνάμης διεγείρει
ῥαστότην καὶ ἀνεμίτην προαίρεσιν. εἰτά μοι καὶ ὡς οὐδέ πρὸς B
ψευκῆν ὠφείλειαν ἀκέρδῃς ὁ πόνος ἔσται καὶ ἡ περὶ τὴν συγγρα-
20 φῆν ἀσχολία, ἐλήλυθε κατὰ τοῦν. ἡρεμοῦντε γὰρ τῷ τοῦ μᾶλλον
εἰσθε τῆς ποτηρίας ἐπιπύειν τὰ πνεύματα, ἐνδυμήσῶν τε φασί-
λων καὶ λογισμῶν ἄλλοτε ἄλλων ἐπεγείρειν κλυδῶνια, καὶ κατὰ

2 μ] μὲν C. 5 διήγησιν ἐπιτεμόντα C. 9 οὐν om C.
11 ἀνεμίενος A. τῇ γνάμῃ C. 14 δέ] δὲ γο C. 21 εἰσθεν
ἐπιπύειν τῆς κον. B. 22 κλυδῶνια C.

ad hunc modum traducendis, saepe me cohortati sunt ut librīs in manus
sumptis tam ea praetermitterem quae ob prolixitatem memoria non ca-
peret, quam quae utilitatis nihil haberent, et longa narratione in com-
pendium redacta brevem historiam ederem, quae facta et res memoratu
digniores quam paucissimis complecteretur et lectoribus velut ob oculos
poneret.

Hic illi quidem huiusmodi laboris capiendi et talis operis conscri-
bendi auctores mihi faere: (2) ego vero cum et remisso essem animo
(otiosam enim quod res est) otioque deditus, et rem esse carerem
magnae occupationis, quaeque librorum copiam postularet, dubitabam et
ab eo conatu abhorrebam. verum illi me vellicare non prius destiterunt
quam improbitate stimulandi ad suscipiendum opus tandem perpulissent.
nam si aquae gutta subinde cadendo solidam saxi duritiem cavat, quanto
magis oratio crebro aures feriens animi torporem et quietis studium ex-
cutit? deinde in mentem mihi venit, laborem illum et historiae scri-
bendae occupationem aliquid utilitatis et lucri etiam animo esse allaturam.
nam nequitiae flatu magis aspirare solent menti quiescenti, malorum-
que cogitationum et rationum alias alios excitare fluctus, eamque conti-

βαπτίζεν αὐτὸν τῇ συνεχείᾳ τῶν προσβολῶν, καὶ ἡ πρὸς ἁμαρτίας
 C ἔξολισθαίνειν ποιεῖν, εἰ καὶ μὴ πράξειεν ἀλλὰ γε συγκρατᾷθεσεν,
 ἡ τῶς ἐξάλην αὐτῷ πολλὴν ἐπικυμαίνειν καὶ τέραρχον. εἰ δέ τις
 δ νοῦς ἐνησχόληται, διαφεύγειν πέφυκεν ὡς ἐπίπαν τὰς ἐκ τῶν
 πολλῶν λογισμῶν τρικυμίας καὶ τῶν πονηρῶν ἐνθυμήσεων. διὰ τε δ
 W I 3 τοίνυν τὴν ἐκ τῶν φίλων παράδηξεν καὶ διὰ τὴν τῶν ὑπαρῶν ἡ
 D καὶ ματαίων λογισμῶν ἀποσόβησιν προσήγαγον ἑαυτὸν τῷ σπου-
 δάσματι.

Ὅθτι μὲν οὖν μοι ἐπιβαλεῖν ἐγένετο τῷ παρόντι συγγράμματι.
 εἰ δὲ μὴ διηκριβωμένην τὴν περὶ ἐκάστου τῶν ἀναγραφομένων ἱστο- 10
 ρίαν ποιήσομαι, νέμειν μοι συγγνώμην αἰετῶ τοῖς ἐντετυξομένοις
 αὐτῇ· οὔτε γὰρ βίβλων ἴσως μοι εὐπορήσαι γενήσεται ὅσαι μοι
 χρειώδεις εἰσὶ πρὸς τὸ σύγγραμμα, πικρὰ τῇ ἐσχατιῇ ταύτη· ποιου-
 P I 6 μένω γὰρ τὴν διατριβήν, οὔτε πάντες οἱ συγγραφεῖς τῶν ἱστοριῶν
 τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν συγγεγράμασιν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς διαφω- 15
 νεύουσιν, εἴ γε μὴ ἐν τοῖς πλείοσιν. εἰ δὲ καὶ ἀκριβοῦσθαι βούλη-
 σομαι περὶ ἐκάστου τῶν ἱστορουμένων, καὶ δηλοῦν τί μὲν ὅδε περὶ
 τοῦδε λέγει ὁ συγγραφεὺς, τί δ' ἕτερος, περὶ τοῦ αὐτοῦ, καλύ-
 στικον ἂν καὶ αὐτὸς τὴν περὶ ἐκάστου πραγματείαν ποιήσομαι.
 B διὰ ταῦτά μοι παρεῖν δέδοκται τὰ ἐφ' οἷς ἀλλήλοισι οἱ περὶ τῶν 20
 αὐτῶν συγγεγράμματα ἠναντιῶνται, εἰ μὴ τι τῶν ἄγαν εἴη σπου-
 δαίων καὶ ὃ παραλημπανόμενον περὶ τὰ καιρία λυμανεῖται τῇ συγ-
 γραφῇ. εἰ δ' ὁ χαρακτήρ τοῦ λόγου ποικιλλεται καὶ μὴ δι' ὅλου

1. ἁμαρτίας ἀπολισθαίνειν AB. 12 οὐτε] οὕτω C. ἴσως om A,
 ante βίβλων ponit B. 13 πικρὰ om C. 16 καὶ om B.
 18 ὁ συγγραφεὺς om C. 19 ποιήσομαι B. 21 σπου-
 δαίων A.

nenter invadendo demergere, et aut in peccata impellere (si facto minus, at assensu) aut undarum in ea magnam agitationem ac tumultum commovere. animus autem certis negotiis occupatus effugere fere solet multarum cogitationum pravarumque cupiditatum decumanos fluctus. Igitur tum amicorum cohortationibus, tum sordidas aut inanem curam expellendi studio, ad opus hoc suscipiendum sum adductus.

Ita factum est ut hanc provinciam acciperem. quod si minus exquisitae perfectae fuerint operis huius singulae partes, veniam a lectoribus peto. fortassis enim in hoc secessu nunc agenti mihi neque copia librorum ad condendam historiam necessaria suppetet, neque scriptores omnes iisdem de rebus eadem tradiderunt, ut non in pluribus, saltem in multis dissentientes. quod si omnia curiose persequi voluero, ac recensere quid aliud atque aliud eadem de re dixerit, mihi etiam prolixum unaquaque de re nascetur opus. quapropter contrarias historicorum narrationes praeterire mihi visum est, nisi quid maximi fuerit momenti, quo praetermisso ipsa historiae integritas labascet. iam dictionem esse

δμοιός ἐστιν ἑαυτῷ, θαυμαζέτω μηδὲ τις τὸν λόγον αἰτιῶτο ἢ τὸν τούτου πατέρα με. ἐκ πολλῶν γὰρ βιβλίων τὰς ιστορίας ἐρρωσάμενος, ἔν γε πολλοῖς ταῖς τῶν συγγραφέων ἐκείνων χρησαί- C
μην ἂν συνθήκαις καὶ φράσεσιν, ἐν ὅσοις δ' ἂν καὶ αὐτὸς παρω-
5 δήσω ἢ παραφράσω, πρὸς τὸν ἐκείνων χαρακτήρα τὴν ἰδέαν τοῦ
λόγου μοι μεθαριθμέσομαι, ἵνα μὴ ἀσύμφωνος αὐτῇ ἑαυτῇ δοκῆ
ἢ γραφῇ.

3. Ἀλλὰ μοι πρὸ τῆς ιστορίας κεφαλαιωδέστερον εἰρησθῶ
τίνα τὰ ιστορηθησόμενα, ἵν' εἰδοῖεν οἱ τῷ συγγράμματι ἐντενξέ- D
10 μνοι ὡς πολλῶν τε καὶ τούτων ἀναγκαιοτάτων ιστοριῶν ἐν εἰδήσει
γενήσονται. περιέχεται γοῦν τῇ ἐπιτομῇ ἡ Ὀκτώτευχος καὶ ὅσα
ἐν ἐκείνῃ ἰσθόρηται· καὶ τῶν Βασιλειῶν αἱ βιβλίοι ταύτης συμπερι-
χονται, καὶ ἐπ' αὐταῖς τὰ Παραλειπόμενα, καὶ ὅσα ὁ Ἑβραῖος
Ἰώσηπος ἀρχαιολογῶν ἢ τῶν παλαιοτέρων εἶπεν ἐπέκεινα, ἢ παρεκ-
15 βασιαιώτερον ἢ καὶ ἄλλοιότερόν τι παρ' ἐκείνους ἰσθόρησε· καὶ τὰ P I 7
τοῦ Ἑσδρα, τὰ τε τῶν αἰχμαλωσιῶν τῶν Ἑβραίων, προτέρας μὲν
τῆς τῶν δέκα φυλῶν ἢ παρὰ τοῦ Ἀσσυρίου Σαλμάνασαρ γέγονε
τὴν Σαμάρειαν ἐλόντος πολιορκία καὶ τὸ ἔθνος αἰχμαλωτίσαντος
καὶ πέραν Εὐφράτου ἀπαγαγόντος καὶ κατοικίσαντος, εἰς δὲ Σα-
20 μάρειαν μετοκίσαντος ἔθνη τινὰ ἃ Χουθαῖοι ἐπωνομάζοντο, εἴτα

4 δ' ἂν καὶ B, δὲ καὶ AC, δ' ἂν PW. 5 ἢ] καὶ B. παρα-
φράσω AB, παρεμφράσω PW. ἐκείνον A. 6 μοι ABC,
μου PW. αὐτῇ A, αὐτῆ PW. 9 εἰδοῖεν] sic libri omnes.
11 σὺν B. 13 ὁ ABCW, om P. 14 εἶπεν ABC, εἰς
εἶπεν PW. ἢ καὶ παρεκβ. A. 15 ἄλλοιότερον A; ἄλλοιω-
τερον PW. τι ABCW, μου τι P. 16 ἐξοῶ B: infra lib. 4
cap. 5 est Ἑξρα. τὰ τε] ταύτης A. 19 ὑπαγαγόντος C.
εἰς δὲ Σαμ. μετοκίσαντος om C.

variam nec per omnia sui similem ne quis miretur neve calpet aut ora-
tionem aut me auctorem illius. cum enim historiam e variis scriptoribus
veluti stipem colligere necesse habeam, in multis illorum et dictione et
compositione utendum erit: sicubi tamen ipse de meo aliquid interiecero
et inseruero, stylus ad illius, quem sequar auctorem, formam accom-
modabitur, ne scriptura a sece dissidere videatur.

3. Eiusvero antequam ipsam rem aggrediar, summam ea com-
plectenda sunt quae tractabuntur, ut norint lectores quam multas easque
summe necessarias historias sint cognituri. continentur igitur hoc com-
pendio octo primi Bibliorum libri et quae in illis narrantur, Regum
item libri et Paralipomena, quaeque Iosephus Hebraeus in Antiquitatibus
aut antiquioribus addidit, aut copiosius aut aliter paullo quam ab illis
factum est enarravit; et libri Esdrae, et captivitates Hebraeorum,
quarum prior decem tribuum sub Assyrio Salmanassare contigit, qui
Samaritanam gentemque obsidione cepit, eaque ultra Euphratem abducta
gentes quasdam Samaritanam transtulit qui Chuthaei cognominabantur,

καὶ τῆς παρὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐπισηρημένης τῆ Ἱερουσαλήμ,
 B καὶ ὡς ξημῶς ἡ πόλις ἐγένετο καὶ ὁ καὶ ἐνεπέπηστο καὶ τὸ ἔθνος
 ἄκιαν ἐξηνδραπόδιστο· καὶ ὡς μετὰ ἐνιαυτοὺς ἐβδομήκοντα κατὰ
 τὰς προφητείας τῶν προφητῶν ἐκκαίρηται τῷ λαῷ ὑπὸ Κῦρου
 τοῦ τῆν Ἀσσυρίων βασιλείαν καθρηκότος ἐπανελθεῖν εἰς Ἱερου-
 σαλήμ καὶ τὴν πόλιν ἀνεγειραὶ καὶ ἀνακαταίσει τὸ ἱερόν· τίς τε ἦν
 ὁ Κῦρος, καὶ ὅπως τὴν Ἀσσυρίων βασιλείαν κατέλυσε, καὶ τίνες
 C μετ' ἐκείνων τῆς βασιλείας ἐφάτησαν· καὶ ὅπως καὶ παρὰ τίνων
 ἡ τῆς πόλεως ἐκωλύθη οἰκοδομή, καὶ τίνος αὐθις ἡ ταύτης ἐξεχω-
 ρήθη ἀνέγερσις· καὶ περὶ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, καὶ ὅπως ἔκρινε 10
 τὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ὄνειρα καὶ τοῦ Βαλτάσαρ τὴν ὄρασιν
 ὅτ' εἶδεν ὁ βάρβαρος ἐκεῖνος τῆς χειρὸς τὸν ἀστράγαλον γράφοντα
 ἐν τῷ τοίχῳ, καὶ περὶ τινῶν τῶν τοῦ προφήτου ὄρασεων, ἃ πάντα
 D μετὰ συντετημένης ἰστορήται ἐξηγήσεις· καὶ περὶ τῶν τριῶν
 παιδῶν καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς ἢ δι' αὐτῶν γεγονότων ὑπὸ Θεοῦ ἕξαι- 15
 σίων· περὶ τε τῆς Ἑσθῆρ καὶ ὅπως τὸ τῶν Ἑβραίων γένος πανω-
 λεθρίας αἴτη ἐρρόσατο· καὶ περὶ Ἰουδῆθ ἡ τὸν Ὀλοφέρνην κατα-
 W I 4 σοφισμένην ἀνείλε καὶ τὴν αὐτοῦ στρατιᾶν παρέδωκεν εἰς ἀπώ-
 λειαν· καὶ περὶ Τωβίτ, καὶ ὅπως ἀορασταί πηγελὶ καὶ ἐξ εὐπορίας
 P I 8 εἰς ἀκριβῆ πηνίαν συναλαθεῖς αὐθις δι' ἀγαθοεργίαν Θεοῦ προνοία 20
 ταύτη καὶ τοῦ ὄραν καὶ πλοῦτου σαψίλειαν ἔλαβεν. ἀλλὰ καὶ τὰ

5 τῆν BC, τῆν τῶν PW. ἐκασελθεῖν A, ἀνελθεῖν PW.
 7 τῆν ABC, τῆν τῶν PW. 9 συνεχωρήθη B. 16 τῆς]
 τῆν A. 17 Ἰουδῆθ ABC, Ἰουδῆθ PW, quae infra lib. 3 cap. 12
est, statum suum nuntiasset et prae caeteris salutem dixisset, illa ad salutationes ingemuit, ad felicitatis commemorationem maerorem prae se tulit, ut percelleretur rex et angeretur inexpectato sui odio, et ad eam insolentiam vindicandam saepius concitaretur: sed amoris vehementiam impetum illius retardavit. ad summam veritus est ne, dum per imprudentiam adamatam multet, in seipsum gravius amissa illa animadverteret. sed quoniam a matre et sorore calumniis ad zelotypiam et odium exstimulabatur, in dies peius erga eam est affectus, illa suum animum non dissimulante, ipso amorem ira commutante. quod si ad Caesarem victorem in Aegyptum non festinasset, Antonio et Cleopatra iam mortuis, statim fortasse facinus perpetratum esset. nunc rebus domesticis relictis maxima a Caesare in Aegypto est consecutus, maioriq; cum splendore reversus. Mariam vero, quam ardentissime amabat, alias casta erat et fida illi; sed amore subacto interdum contumeliose insultabat, et matri ac sorori eius ignobilitatem per derisum obiciebat. odium porro hac occasione erupit. rex meridiano tempore thalamum ingressus ut quiesceret, Mariam vocavit: ea vero illi male dixit ob fratrem et

καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀποκτείναντι. ἐχαλέπαινε δὲ ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεύς. καὶ ἡ Σαλώμη τοῦ καιροῦ δραξαμένη, τὸν οἰνοχόον
B προδιαφθείρασα κατηγορήσασα τῆς Μαρίας, πείθει τοῦτον τότε τῷ βασιλεῖ προσελθεῖν καὶ ἅ παρ' ἐκείνης ἐδιδάχθη αὐτῷ διαλέξασθαι. ὁ δὲ δώροις ἔλεγε παρὰ τῆς Μαρίας δεξωθῆναι, ἀνα-
 πειδούσης φίλτρον αὐτῷ δοῦναι· τὸ δ' εἶναι τι φάρμακον οὐ τὴν δύναμιν ἰσχυρίζετο ἀγνοεῖν. τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἔτι μᾶλλον κεκίνητο εἰς ὀργήν, καὶ τὸν τῆς γυναικὸς οἰνοχόον, πιστότατον ὄντα αὐτῇ, ἐβασάνιζεν. ὁ δὲ οὐδὲν περὶ ὧν ἐβασανίζετο οὐτ' ἤδει οὐτ' ἔλεγεν, ἀλλὰ τὸ μῖσος τῆς γυναικὸς ἔφασκε γενέσθαι **10** διὰ τοὺς λόγους οὓς ὁ Σόεμος αὐτῇ φράσσειεν. οὕτω τὸν λόγον
C ἐκείνος εἰς τέλος ἤνεγκε, καὶ μέγα βοήσας Ἡρώδης “οὐκ ἂν” ἔφη “Σόεμος τὰς ἐντολὰς ἐξεφάυλισεν, εἰ μὴ τις αὐτῷ πρὸς τὴν γυναῖκα κοινωνία ἐγένετο.” τὸν μὲν οὖν Σόεμον εὐθὺς κτανθῆναι ἐκέλευσε, τῆς δὲ γυναικὸς κατηγορεῖ, τοὺς οικειοτάτους συναγα-
 γῶν, περὶ φίλτρων καὶ φαρμάκων, καὶ ὀργίλως κατ' αὐτῆς διέ-
W I 172 κειτο. οὕτω δ' ἔχοντα ὀρώντες αὐτὸν οἱ παρόντες, θάνατον ἐκείνης κατεψηφίσαντο. καὶ ἡ μὲν ἤγετο τὴν ἐπὶ θανάτῳ, Ἀλεξάνδρα δ' ἡ μήτηρ αὐτῆς ἤδη καὶ περὶ ἑαυτῆς δεδοικυῖα, καὶ τὴν ἄγνοιαν ὧν ἡ Μαρίας κατηγορήθη ἐμφαίνουσα, ἐκηδηόησασα **20** κακῆν καὶ ἀχάριστον πρὸς τὸν ἄνδρα τὴν θυγατέρα ἐκάλει, καὶ
D δίκαια πάσχειν ἔλεγεν. ἡ δὲ οὔτε ταραχθεῖσα πρὸς ταῦτα οὔτε

1 ἀποκτείναντα A.
 19 περὶ ἑαυτῇ A.

3 τοῦτον] τοῦτω A.

12 εἰς τέλος ἐκείνος A.

4 προδιαλέξασθαι A.
 15 οικειῶς A.

avum suum interfectos. quod illo graviter ferente Salome opportuno tempore arrepto pincernam, quem ante corruerat ut Mariammen accusaret, impulit ut tum regem conveniret, et ea quae ab ipsa edoctus esset proferret. ille vero sibi munera ab illa oblata esse asserebat ut philtum ei propinaret: id vero esse venenum quoddam cuius ipse vires ignoraret. his rex auditis, iracundia maiore inflammatus, de pincerna uxoris, quem ei fidissimum esse sciebat, quaestiones habuit. is cum de iis ob quae torquebatur neque sciret neque diceret quidquam, odium mulieris e Soemi verbis ortum ducere afferebat. nondum eam rationem finierat, cum Herodes magna voce exclamavit, Soemum mandata sua non fuisse pro nihilo habiturum, nisi aliquid rei cum muliere habuisset, eumque statim interfici iussit: uxorem vero intimis suis convocatis de poculis amatorii et veneficiis iratus accusavit. quam ii qui aderant, ut rex affectus esset cernentes, capitibus condemnarunt. dum ad necem abducitur, Alexandra mater eius iam suae quoque vitae timens, et ignominiam criminum quae Mariammae obiecta essent prae se ferens, exsiliit, filiamque malam et ingratham erga maritum appellavit. illa vero

λόγον δοῦσα ἀπῆει πρὸς τὸν θάνατον ἀτρεμῶν τῷ καταστήματι καὶ γενναίῳ φρονήματι, καὶ τὴν εὐγένειαν κὰν τοῖς ἐσχάτοις ἐμφαίνουσα.

16. Καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπέθανε τῆς Σαλώμης αὐτῇ κατε-
 5 πειξιάσης τὸν θάνατον, Ἡρώδης δὲ τότε μᾶλλον ἐξῆπτο πρὸς τὸν
 ἐκείνης ἔρωτα, καὶ πολλάκις ἀνακλήσεις ἦσαν αὐτῆς καὶ θρηνοὶ
 ἀσχήμενες. καὶ οὕτως αὐτοῦ τὸ πάθος ἐκράτησεν, ὡς καὶ καλεῖν
 τὴν Μαριάμ κελεύειν τοῖς ὑπηρέταις. καὶ τέλος ταῖς ἐρήμοις
 ἐκδοὺς ἑαυτὸν, καὶ ταύταις ἐναδημονῶν, δεινῇ περιπέττει νόσῳ P I 241
 10 ἣ δὲ φλόγωσις ἦν καὶ πείσις Ἰνίου καὶ τῆς διανοίας παραλλαγῆ.
 καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐνοσηλεύετο, ἡ Ἀλεξάνδρου δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις
 διάγουσα καὶ τὰ τῶν νόσων πυθομένη τοῦ βασιλέως, τῶν περὶ
 τὴν πόλιν δύο φρουρίων ἐπειρᾶτο κρατῆσαι. ὁ μαθὼν ὁ Ἡρώ-
 15 δης αὐτίκα αὐτὴν ἀποκτεῖναι προσέταξεν. αὐτὸς δὲ μόλις δια-
 φυγῶν τὸν ἐκ τοῦ νοσηῖν κίνδυνον χαλεπὸς ἦν καὶ δυσάρεστος καὶ
 πρὸς τιμωρίας καὶ φόνους ἔτοιμος· καὶ οὐ τῶν πολλῶν μόνον ἐγι-
 νοντο φόνοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων φίλων αὐτοῦ. παρέ-
 βαινε δὲ καὶ τὰ ἔθνη τὰ πάτρια, καὶ ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασι διέ-
 20 φθειρε τὴν πάλαι κατάστασιν. πρὸς ἡ τὸ πλῆθος τετύρακτό τε B
 καὶ ἐχαλέπαινε. δέκα δὲ ἄνδρες τῶν πολιτῶν συνωμοσάμενοι καὶ
 ξισιδία τοῖς ἱματίοις ὑποβαλόντες εἰς τὸ θέατρον ἐχώρον ἀπὸ
 συνθήματος ἣ καὶ αὐτὸν τὸν Ἡρώδην διαχρησόμενοι ἣ τέως τῶν

10 πείσις etiam Iosephus: Wolfius vertit putrefactio, πύησις.
 13 ὁ add A.

Fontes. Cap. 16. Iosephi Ant. 15 7 § 6 — 9 § 6.

neque perturbata ea re neque ullum effata verbum, vultu intrepido et forti animo ad mortem ivit, generosam indolem in extremis etiam prae se ferens.

16. Cum Mariamme interitu a Salome maturato ita periisset, Herodes amore illius magis exarsit, saepe nomine eam inclamavit, indecore lamentatus et usque adeo affectu illo victus ut per ministros Mariammen vocari iuberet. denique in deserta egressus, ibique maerori indulgens, in gravem morbum incidit, qui erat inflammatio et dolor occipitis et mentis alienatio. Alexandra vero Hierosolymis degens cum regem iis malis conflictari audivisset, duo suburbana castella occupare conata, iussu eius statim occiditur. qui cum mortis periculum aegre evitasset, saevum se praebuit et implacabilem, ad vindictam et caedes propensus non vulgi duntaxat sed intimorum etiam amicorum. patria quoque instituta violavit, et peregrinis moribus veterem statum corrupit. quibus rebus populo turbato et concitato cives decem coniurati sicas sub vestibus gestantes theatrum ex composito ingressi sunt, vel ipsum Herodem vel satellitum eius multos interfecturi. deprehensi autem nec

περὶ ἐκείνον πολλοὺς. φεραθέντες δέ, καὶ μήτ' ἀρησάμενοι τὸ βούλευμα ἀλλὰ καὶ τὰ ξίφη ἀναδειξαντες, πᾶσαν αἰκίαν ὑπομείναντες διεφθάρησαν. τὸν δὲ τούτους καταμηνύσαντα μετὰ μικρὸν τινες διαρπάσαντες καὶ μελιστὶ διελόντες κροῖν ἐπέρριψαν. οὗς εὐρηκῶς Ἡρώδης ἐτιμωρήσατο πανοικί. ἡ δὲ τοῦ πληθους 5 μῆνις ἐπέμενε.

C Συνέβη δὲ κατὰ τὴν χώραν τότε πάθη δεινότατα, λιμός τε καὶ νόσοι σωματικῶν ἐξ ἀσυνήθους διαίτης δι' ἔνδειαν σιτίων γινομένης, καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσι λοιμός. Ἡρώδης δὲ τῷ καιρῷ βοηθεῖν προθυμούμενος οὔτε χρημάτων ἠπόρει, προκαταναλώσας 10 αὐτὰ δι' ἐπίδειξιν εἰς πόλεων ἐπισκευάς, οὔτε αἱ πλησιάζουσαι χῶραι σῆτον εἶχον, τῆς αὐτῆς ἐνδείας καὶ ἐν ἐκείναις ἐπικρατούσης. τέως δὲ ὡς ἂν δύναιτο βοηθεῖν ἔγνωκῶς, τὸν ὄντα κατὰ τὰ βασιλεια κόσμον συγκόψας εἰς νόμισμα, ἐπέμπεν εἰς Αἴγυπτον καὶ σῆτον ἐκείθεν ἠνεῖτο. οὗ κομισθέντος τοῖς μὲν 15 δυναμένοις δι' ἑαυτῶν τὰ περὶ τὰς τροφὰς ἐκπονεῖν σῆτον δίδει-

D μεν, οἱ δὲ διὰ γῆρας ἢ δι' ἑτέραν ἀσθένειαν οὐχ ὀλοῖ τε ἦσαν ἑαυτοῖς ἐτοιμάζειν σιτία, τούτων προδόνόει καταστήσας ἀρτοποιοὺς καὶ τὰς τροφὰς ἐτοιμοὺς πορίζων αὐτοῖς. ταῦτα δὲ οὐ μόνον τὰς γνώμας μετέβαλε τῶν πρὶν χαλεπαίνοντων αὐτῷ, ἀλλὰ 20 καὶ πρὸς εὐνοίαν αὐτὸς μετεστῆσατο. καὶ οὕτω κακωθείσαν αὐτῷ ἀνακτησάμενος τὴν ἀρχὴν, οὐχ ἦττον καὶ τοὺς πέριξ

1 περὶ ἐκείνων PW. μήτ'] sic libri. 4 καὶ om A.
7 τότε κατὰ χώραν A. 8 νόσοι A Iosephus, νόσος PW.
14 ἐπέμπεν A: Iosephus ἐπέμπε. 16 δι' ἑαυτῶν δυνα-
μένοις A. 17 δι' om A. 21 οὕτως A.

infirmitati consilium suum, sed et sicis prolatis, omni supplicii genere tolerato perierunt. delatorem vero quidam paulo post membratim discerptum canibus obiecerunt. eos Herodes compertos cum omni familia ultus est, indignatione populi haud quidquam imminuta.

Oppresserunt autem mala gravissima Iudaeam, fames et morbi ex cibis ob penuriam insolitis et pestilentia denique. Herodes, qui opem ferre tali tempore cuperet, cum pecunia destitueretur, quam per ostentationem in urbibus instaurandis insumpserat, nec finitimae regiones frumentum haberent eadem inopia conflictantes, tamen ut pro virili opem ferret, ex ornatu regio percussis nummis in Aegypto annonam mercatus est. qua allata iis qui ipsi cibos sibi conficere poterant frumentum largitus est, qui vero vel ob senectam vel ex alia imbecillitate id non poterant, eorum rationem habuit pistoribus conductis qui cibos eis paratos offerrent. haec animos eorum qui prius illi succensebant non modo mitigarunt sed ad benevolentiam quoque traduxerunt. regno suo afflicto sic refocillato, non minus finitimos quoque eadem calamitate

δυσπραγοῦντας ἐκ' Ἰωσῆς τῆς συμφορᾶς ἐπεκούφισεν, ὥστε γενέσθαι τοὺς μὲν ἕξω τῆς ἀρχῆς δοθέντας στίτου κόρους μυρλοῦς, τοὺς δὲ εἰς τὴν αὐτοῦ βουσιλείαν περὶ ὀκτακισμυρλοῦς. ὁ δὲ κόρος δένεται κατὰ τὸν Ἰώσηπον μεδίμνους Ἀττικὸς δέκα. W I 173
 5 τοῦτο τὸ φιλοτιμία καὶ τὸ τῆς χάριτος εὐκαιρον καὶ τοὺς Ἰουδαίους εἰς ἀγάπην ἕξ ἀπεχθείας μετήνεγκε, καὶ παρὰ τῶν ἕξωθεν αὐτῷ προδξένησεν εὐκλειαν. P I 242

Προσακτειργάσατο δὲ καὶ γάμον ἐαυτῷ ἕξ ἔρωτικῆς ἐπιθυμίας. ἱερὸς γάρ τις Σίμων ἐν Ἱεροσολύμοις θυγατέρα εἶχε καλὴν 10 λίστην· ταύτης ὁ Ἡρώδης ἤκεν εἰς ἔρωτα. ὄντος δὲ τοῦ Σίμωνος ἀνοικείου πρὸς κῆδος δι' ἀδοξίαν, ἀφαιρεῖται μὲν τὴν ἱερῶσύνην τὸν ταύτην ἔχοντα τότε Ἰησοῦν τὸν τοῦ Φάβητος, ἀρχιερεῖα δὲ ποιεῖται τὸν Σίμωνα, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα γαμεῖ. πάντων δὲ αὐτῷ προκεχωρηκότων εἰς δέον, περιεβάλλετο τὴν ἕξωθεν 15 ἀσφάλειαν, πόλει τε δεξιῶς ὁμιλῶν καὶ τοὺς δυνάστας Θερραπέων, ὥστε αὐτῷ πάντα διὰ πάντων ἀὔξεσθαι. ὑπὸ δὲ τῆς εἰς τοῦτο φιλοτιμίας καὶ τῆς εἰς Καισαρα καὶ τοὺς [εἰς] πλείστον δυναμένους Ῥωμαίων Θερραπείας καὶ τὰ ἔθνη παρέβαινε καὶ τὰ νόμιμα παρεχάραττε, πόλεις τε κτίζων καὶ ναοὺς ἐγειρῶν οὐκ ἐν 20 τῇ τῶν Ἰουδαίων, τῇ δ' ἕξω χώρᾳ, Ἰουδαίους μὲν ἀπολογούμενος ἐκ προσταγμάτων ταῦτα ποιεῖν ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, Καισαρι δὲ καὶ Ῥωμαίοις χάριτας νέμων τῷ καὶ τῶν πατρῶν ἐκβαλ-

1 ἐπίσης PW. 4 Ἰώσηπον] Ant. 15 9 2. 8 προσακτειργάσατο A, Προσακτειργάσατο PW. 14 προκεχωρηκότων P.
 20 τῶν Ἰουδαίων] Ἰουδαίαι A: illud Iosephus.

laborantes sublevavit, extra regnum decies mille, in ipso regno octogies mille coros dimensus. continet autem corus auctore Iosepho decem medimnos Atticos. ea liberalitas, tamque opportuna beneficentia, et Iudaeos ex inimicis amicos ei reddidit, et apud externos gloriam conciliavit.

Adornavit sibi quoque nuptias, amoris impulsu. nam Simon quidam Hierosolymitanus sacerdos filiam habuit formosissimam, cuius lepore captus, quia pater ob humilitatem tantae affinitati minime par erat, pontificatum Iesu Phabetis filio, a quo tum gerebatur, ademptum in illum contulit, et filiam eius duxit. cum autem ei omnia ex sententia succederent, etiam foris se munit, tum urbes comiter tractando, tum dynastas officiis adiungendo, ut res eius undique incrementa caperent. verum ambitione illa et Caesaris ac potentissimorum Romanorum cultu atque observantia fiebat ut receptos mores et patria instituta violaret, urbibus condendis et templis aedificandis, non quidem in Iudaea, sed in exteris provinciis. Iudaeis quoque se excusabat, facere illa non suapte sponte, sed ex mandatis et in gratiam et honorem Caesaris et

νειν ἐθῶν διὰ τὴν ἐκείνων τιμὴν. ἀγάλματά τε γὰρ ἀρίστα καὶ
 C τύπους μεμορφωμένους, καὶ πόλεις φθοδόμους καὶ λιμένας εὐρεῖς
 καὶ ἀκλύστους καὶ βασιλεία πολυτελῆ καὶ διατάς λαμπράς.

17. Ἐν τοιοῦτοις δὲ ὦν τοὺς παῖδας Ἀλέξανδρόν τε καὶ
 Ἀριστόβουλον εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν ἐντευξομένους τῷ Καίσαρι. 5
 τούτους ὁ Καίσαρ φιλανθρωπίως ἐθέξατο, καὶ δίδωσιν Ἡρώδη
 διὼ βούλεται τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων ἀπονεῖμαι τὴν βασιλείαν,
 καὶ χώραν ἔτι προσέθετο, ἐγκαταμίγνυσαι δὲ αὐτὸν καὶ τοῖς τῆς
 Συρίας ἐπιτροπεύουσιν, ἐντειλάμενος πάντα μετὰ τῆς ἐκείνου
 γνώμης ποιεῖν. τοσαῦτα δ' ἐτυγχήσας τῷ μὲν ἀδελφῷ Φερῶρα 10
 D τετραρχίαν ἤτησατο παρὰ Καίσαρος, τὸ δὲ τρίτον μέρος τῶν
 φόρων ἀφῆκε τοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς μὲν ἐκεῖνος ἔλεγεν, ἵνα
 ἀνακτηθῆεν ἐκ τῆς ἀφορίας, ὡς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει, ἵνα τὴν
 τοῦ πλήθους εἰς ἑαυτὸν θεραπεύσῃ δυσμένειαν· μετακινουμένων
 γὰρ αὐτοῖς τῶν ἐθῶν χαλεπῶς ἔφερον. διὸ καὶ ἀφῆρετο τὰς 15
 ἀδείας αὐτῶν, αἱ καμιάτους ἐπιτάττων αὐτοῖς καὶ τὰς συνόδους
 καλύων καὶ τοὺς περιπάτους καὶ τὰς διατάς ἐπιτηρῶν καὶ τοὺς
 φωραθέντας κολάζων βαρύντατα. κὰν τῇ πόλει κὰν ταῖς ὁδο-
 πορίαις ἦσαν οἱ τοὺς εἰς ταῦτ' ἐπιτιμῶντες ἐπισκοποῦντες. τινὲς
 P I 243 δὲ φασὶ καὶ αὐτὸν ἰδιώτου στήμα λαμβάνοντα ἐνόστε νύκτωρ τοῖς 20
 ὄχλοις ἐγκαταμίγνυσθαι καὶ ἀποπειρᾶσθαι αὐτῶν τὴν δianoian ἦν

1 ἀρίστη A.
 add A.
 συνόστως A.

4 τούτοις A.
 17 κολούων A.

8 καὶ χώραν ἔτι προσέθετο
 19 "ms. εἰς αὐτόν" Ducaspetus.

Fontes. Cap. 17. Iosephi Ant. 15 10 § 1—16 1 § 1.

Romanorum. nam et statuas collocabat et exsculpta insignia, et urbes
 condebat et portus amplos ac tutos et regias sumptuosas et aedes
 splendidas.

17. His rebus occupatus filios Alexandrum et Aristobulum Ro-
 mam ad salutandum Caesarem misit. quibus Caesar humaniter susceptis,
 Herodi potestatem dedit cui vellet ex filiis relinquendi regni, et alias ei
 ditiones adiecit, et in Syriae procuratores eum rettulit: quibus man-
 davit ut omnia illo consentiente agerent. tantam felicitatem adeptus
 fratri Pherotae tetrarchiam a Caesare petiit, et subditis trientem tri-
 butorum remiisit, sive ut, quod ipse dicebat, populus ex annonae cari-
 tate recrearetur, sive, quemadmodum aliis videbatur, ut odium a se
 amoveret. Iudaei enim patriorum rituum mutationem iniquis ferebant
 animis. quamobrem libertatem eis adinebat, subinde laboribus impo-
 randis et conciliis prohibendis, deambulationibus etiam et diversariis
 observandis, et iis qui deprehensi essent gravissime puniendis. erant
 enim tam in urbe quam in itineribus qui congressus hominum obser-
 varent. quidam etiam auctores sunt, eum ipsum privati habitu se inter-
 dum noctu turbis immiscuisse, quid de imperio sentirent, animos eorum

περι τῆς ἀρχῆς εἶχον. καὶ τοὺς μὲν ἔξουθαδιαζομένους ἐπεξῆει ἅπασιν τρόποις, τὸ δὲ πλῆθος ὄρκοις ἤξλου τὴν πίστιν αὐτῶ βεβαιοῦν. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ εἶχον, τοὺς γε μὴν δυσχεραίνοντας ἠγάπησεν ἐκ παντός. συνέπειθε δὲ καὶ τοὺς περι Πολλίωνα τὸν 5 Φαρισαιοῦν καὶ Σαμαίαν καὶ τῶν συμφοιτῶντων αὐτοῖς τοὺς πλείστους ἠμύνειν. οἱ δὲ οὕτως ἐπελοθῆσαν οὐτ' ἐκολάσθησαν διὰ τὸν Πολλίωνα ὑπὸ τοῦ βασιλέως αἰδούμενον. ἀφείδθησαν δὲ ταύτης τῆς ἀνάγκης καὶ οἱ Ἑσσαιῶι καλούμενοι· γένος δὲ τοῦτο διατηρῶμενον Πυθαγορικῆ. ἐτίμα δὲ τούτους διὰ τὸν Μαναῖμ. B 10 ἦν δ' οὗτος εἷς ἐξ αὐτῶν, ἀνὴρ τᾶλλά τε ἀγαθὸς καὶ τὰ μέλλοντα προορῶν, ὃς ἔτι παῖδα τὸν Ἡρώδην ἐς διδασκάλου φοιτῶντα ἰδὼν βασιλεῦ Ἰουδαίων προσεῖπεν. ὁ δὲ ἰδιώτης ἔλεγεν εἶναι. Μαναῖμ δὲ μειδιάσας καὶ τύπτων αὐτὸν ἤρέμα "ἀλλὰ καὶ βασιλεύσεις" ἔφη "καὶ τὴν ἀρχὴν ἀνύσεις εὐδαιμονέστατα, W I 174 15 καὶ μέμνησο τῶν ἐμῶν τούτων πληγῶν. ἄριστος δ' ἔση εἰ δικαιοσύνην ἀγαπήσεις καὶ εὐσέβειαν πρὸς θεὸν καὶ πρὸς τοὺς πολίτας ἐπιεικεῖαν. ἀλλ' οὐ γὰρ οἰδᾶ σε τοιοῦτον ἔσεσθαι." βασιλεύσας δὲ ὁ Ἡρώδης μετακαλεῖται τὸν Μαναῖμ καὶ περὶ τοῦ χρόνου τῆς ἀρχῆς ἐπυνθάνετο. ὡς δὲ, σιωπῶντος ἐκαίνο, C 20 αὐτὸς εἰ δέκα γενήσονται τῆς βασιλείας ἡρώτα ἐνιαυτοὶ ἢ εἴκοσι ἢ τριάκοντα, ὁ δὲ ὄρον οὐκ ἐπέθηκε τῷ τέλει τῆς προθεσμίας, Ἡρώδης καὶ τούτοις ἀρκεσθεῖς, τὸν τε Μαναῖμ ἀφῆκε δεξιωσάμενος καὶ πάντας δι' ἐκείνον ἐτίμα τοὺς Ἑσσηνοῦς.

1 ἔξουθαδιαζομένους A. 5 σαμαίαν A. συμφοιτητῶν A.
 11 διδασκάλου A. 12 προσεῖπεν A. 16 εἷς δὲ, margo
 πρὸς θεῶ, A. 20 ἡρώτα post γενήσονται A. 22 καὶ] δὲ A.

periclitantem. contumaces omnibus modis ulciscobatur: a plebe postulabat ut sacramento fidem sibi firmaret. ac plebecula postulatibus eius annuebat, refragantes autem quavis ratione tollebat. petiit a Pollione Pharisaeo quoque et Samaea eorumque discipulis plerisque ut iurarent. sed hi neque iurarent neque puniti sunt, ob regis erga Pollionem reverentiam. sunt et Esseni ea necessitate liberati, gens Pythagorici instituti in victa aemulatrix, quos ob Manaimum illius sectae hominem, cum caetera bonum tam futurorum praescium, honorabat. is Herodem adhuc puerum scholam frequentantem regem Iudaeorum salutavit: qui cum se privatae conditionis esse diceret, Manaimus leniter arridens eumque sensim percutiens "atqui et regnabis" inquit "et imperium felicissimo geres: horum igitur verberum memento. eris autem optimus, si iustitiae et pietatis erga deum et erga populum clementiae studueris. enimvero scio te talem non fore." Herodes regno potitus Manaimum arcessitum de imperii diuturnitate percontatus, tacente illo dixit an annis decem an viginti an triginta regnaturus esset, atque illo terminum non adiciente, vel his contentus Manaimo porrecta dextera dimisso propter illum Essenos omnes honoravit.

Ἦδη δὲ ὀκτωκαίδεκατον ἀνῶν ἐνιαυτὸν τῶν ναῶν ἔγνω μετασκευάσαι καὶ πρὸς ἕψος ἄραι μείζον καὶ ἀξιοπρεπέστερον ἐκτελέσαι. τὸ δὲ πλῆθος ὤκνει πρὸς τὴν ἐγχείρησιν. ὁ δὲ οὐ πρότερον ἔφη τὸν ναὸν καθαιρήσειν, πρὶν ἂν πάντα ὧν ἂν δέοιτο εἰς τὸ ἔργον παρασκευάσῃται. ἤδη δὲ ἤτοιμασμένων αὐτῷ πάντων, καθελὼν αὐτὸν καὶ θεμελίους ἄλλους καταβαλόμενος, τὸν D ναὸν ἤγειρε, μήκει πηχέων ἑκατόν, τὸ δ' ἕψος ἐπέκεινα εἴκοσιν. ὑποδομήθη δὲ Μίθιοις λευκοῖς τε καὶ κραταιοῖς, ὧν ἐκάστῳ περὶ πέντε καὶ εἴκοσι τὸ μῆκος πήχεις, τὸ δ' ἕψος ὀκτώ, εὖρος δὲ περὶ δώδεκα. κατὰ δὲ τὴν βόρειον πλευρὰν ἀκρόπολις ἐγγώνιος 10 εὐερκῆς ἐντετελειστο, διάφορος ὀχυρότητι, ἣν οἱ ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀσαμωναίων γεγονότες βασιλεῖς ὁμοῦ καὶ ἀρχιερεῖς ὑποδομήσαν καὶ βῆριν ἐκάλεσαν, ὥστε τὴν ἀρχιερατικὴν ἀποκείσθαι στολὴν ἐν αὐτῇ. καὶ ταύτην οὖν τὴν βῆριν Ἡρώδης ἐπισκευάσας ὀχυρωτέραν ἐπ' ἀσφαλείᾳ τοῦ ἱεροῦ, εἰς μνήμην Ἀντωνίου 15 P I 244 προσηγόρευσε Ἀντωνίαν. αὐτὸς δὲ ὁ ναὸς καὶ πάντα τὰ περὶ τὸν ναὸν ἐν ὀκτῷ δεδόμετῳ ἔτισι. παραδέδοται δὲ κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν ὅτε αὐτὸς ὁ ναὸς ἀγγεῖλετο (ἐν ἐνιαυτῷ γὰρ ἐνὶ καὶ μηνσὶν ἕξ ὑποδομήθη) τὰς μὲν ἡμέρας μὴ ὕειν, γίνεσθαι δὲ τοὺς θυμβροὺς ἐν ταῖς νυξίν, ἵνα μὴ τὰ ἔργα κωλύονται. 20

Τὰς ἀδικίας δὲ ἀναστέλλειν πειρώμενος ὁ Ἡρώδης τίθησι νόμον τοὺς τοιχωρῶν ἐπ' ἔξαγωγή τῆς χώρας πιπράσκεισθαι· ὁ καὶ πρὸς τιμωρίαν τῶν πασχόντων ἦν φορτικόν, οὐχ ἥκιστα δὲ

1 ὀκτωκάκοντο A. 6 καταβαλόμενος A. 10 περι om A. 16 προσηγόρευσε A Iosephus, προσηγόρευσε PW. 18 ἀγγεῖλετο A, ἀνεγείλετο PW.

Anno autem regni 18 consilium templi mutandi idque altius et magnificentius exstruendi cepit. populo autem ab illo conatu abhorrente, se non prius id diruturum esse dixit quam omnia ad opus necessaria praeparasset. quae cum in promptu essent omnia, veteribus fundamentis sublati novisque iactis templum inchoavit longitudine 100 cubitorum, altitudine 120. structurae adhibuit saxa candida et robusta, singula circiter 25 cubitos longa, alta 8, lata fere 12. ad septentrionale latus arx angularis firma et munitissima inaedificata erat, quam reges iidemque pontifices ex Asamoneorum familia exstruxerant Barin vocatam, ut pontificia stola in ea reponeretur. eam igitur Barin Herodes instauratam et pro templi defensione munitiorem redditam in Antonii memoriam Antoniam vocavit. ipsum porro templum et quae in circuitu eius sunt omnia 8 annis sunt absoluta. traditum autem est, eo tempore quo ipsum templum strueretur (id quod uno anno et mensibus sex perfectum est) interdum non pluisse, sed imbres noctu esse factos, ne opera impederentur.

Deinde Herodes ad facinora comprimenda legem tulit ut fures peregre venderentur: quae res et facinorosis gravis, et legibus ever-

καὶ τῶν νόμων κατέλυσις. τὸ γὰρ ἀλλοφύλοις δουλεύειν καὶ βιάζεσθαι κατὰ τὰ ἐκείνων ἔθη βιοῦν, τῆς θρησκείας ἦν, ὅσον ἐπ' ἐκείνοις, κατάλυσις. πιπρώσκεισθαι μὲν γὰρ οἱ νόμοι τοὺς Β φώρας ἐκλείουσι εἰ μὴ ἔχοιεν κατὰ τὸ τετραπλοῦν ἐκτινύειν τὰ ὅφωρα, ἀλλ' οὐ πρὸς ἀλλοφύλους, πρὸς δὲ γε ὁμοιογενεῖς, ἵνα μῆτε τῆς θρησκείας ἐκπίπτουσι μῆτε παρ' ὄλον τὸν βίον δουλεύουσι, ἀλλὰ τυγχάνουσι μετὰ ἐξαιτίας ἀφείως. ταῦτα μέρος ἦν τῶν κατ' ἐκείνου διαβολῶν καὶ τῆς δυσβολίας τοῦ πλήθους τῆς ἐπ' αὐτῷ.

10 18. Εἰς τὴν Ἰταλίαν δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκείνον παραγενόμενος Ἡρώδης, ἵνα Καίσαρι τε προσομιλήσῃ καὶ τοὺς παῖδας ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρέβοντας ὄψηται, φιλοφρόνως τε ὑπαδέχθη παρὰ τοῦ Καίσαρος καὶ τοὺς παῖδας ὡς ἤδη τελειωθέντας ἐν τοῖς μυθῆ- C
μασις ἔλαβεν ἄγειν εἰς τὰ οἰκεία. ὡς δ' ἐπανῆλθον, περιόπτοι 15
γεγόνασι τῷ τε τῆς ψυχῆς παραστήματι καὶ τῇ κατὰ τὰς μορφὰς ὠραιότητι, ἐπίφθονοι τε ἦσαν Σαλώμῃ τῇ τοῦ βασιλέως ὁμι-
μονι καὶ τοῖς τῆν αὐτῶν μητέρι κατεργασαμένοις διαβολαῖς. καὶ ἤδη καὶ κατ' ἐκείνων τὰ ὕψη ἤτομαζον δι' ὧν καὶ τῆν αὐ-
τοὺς γενομένην κατηγωνίσαντο, λογοποιοῦντες ἀηδῶς τῷ πατρὶ 20
προσφέρεσθαι τὰ μειράκια διὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, κἀντεῦθεν
μῖσος φηῖναι τῷ πατρὶ πρὸς τοὺς παῖδας ὡς ἐνὸν κατεσκεύαζον.
τέως μέντοι φιλοστόργως ἔτι πρὸς αὐτὰ ὁ πατὴρ διακειμένος καὶ
τιμῆς μετεδίδου καὶ γυναῖκας ἐν ἡλικίᾳ γεγονόσιν ἑξέγγυεν, D

3 ἐκείνης A. 7 ἑκατίας A. 12 ὄψεται A. 17 post
μητέρα A add τὴν μαριὰμ. 18 καὶ alterum om A. 20 τῆς]
τὸν τῆς A.

Fontes. Cap. 18. Iosephi Ant. 16 1 § 2—4 § 6.

tendis erat. nam exteris servire, eorumque ritu necessario vivere, quod ad illos quidem attinebat, religionis erat abrogatio. lex enim fures, ni quadruplum solvere possent, vendi iubebat, sed popularibus, ne et religione exciderent et per omnem aetatem servirent, sed post sexennium manumitterentur. hoc in parte erat criminationum et adversus illam odii popularis.

18. Sub id tempus in Italiam profectus Herodes, ut cum Caesare colloqueretur et filios Romae degentes viseret, benigne a Caesare susceptos filios ut absolute iam in disciplinis institutos domum reduxit. qui in patriam reversi, cum animorum magnitudine tum formae elegantia vulgo conspicui, Salomae regis sorori et iis qui matrem eorum calumniis sustulerant invidi fuerunt. itaque iam contra ipsos etiam arma eadem expediverant quibus genitricem eorum confecerant, rumore sparso, adolescentes abhorrere a patris consuetudine ob matris necem, et ita patre ad odium filiorum pro virili instigato. is vero eos et dilexit et honoris participes aliquamdiu fecit et adultis uxores dedit, Aristobulo

Ἀριστοβούλῳ μὲν τὴν Σαλώμης θυγατέρα Βερνίκην, Ἀρχελαίου
 δὲ τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως τὴν παῖδα Γλαφύραν τῷ Ἄλε-
 W I 175 ξάνδρῳ. τῇ δὲ Σαλώμῃ ταῦτα τὴν κατὰ τῶν νεανίσκων δυσμε-
 νειαν μᾶλλον ὑπέτρεφεν, οικειομένη καὶ πάντας ὅσοιπερ αὐτῇ
 τὸν τῆς Μαριάμ φόνον συνεξεργάσαντο. διδόντων δὲ τινὰς καὶ 5
 τῶν νεανίσκων λαβὰς μνήμη τε τῆς μητρὸς καὶ τῇ τοῦ κράτους
 ἐπιθυμίᾳ, βλασφημίαι μὲν ἐκείνων εἰς τὴν Σαλώμην καὶ τὸν
 Φερῶραν ἐγίνοντο, πρὸς ἐκείνους δ' ἢ τοῦτιον ἐπηύξητο ὄνομα,
 καὶ διαβολαὶ κακοήθειαι κατ' αὐτῶν προὔβαινον, παρ' αὐτῶν
 P I 245 ἐκείνων τὰς αἰτίας λαμβάνουσαι. κακῶς γὰρ τῆς μιαρᾶς Σαλώ- 10
 μης καὶ σφᾶς καὶ τὴν μητέρα λεγούσης καὶ πρὸς λόγους ἐκκαλου-
 μένης αὐτοὺς, ἐκεῖνοι ἐλειπὴν ἀπέφαινον τὴν καταστροφὴν τῆς
 μητρὸς, ἄλλοι δ' ἑαυτοὺς ἐκάλουν τοῖς ἐκείνης φονεῦσαι
 ἀναγκαζομένους συζῆν. ταῦτα ἦν ἀποδημοῦντος τοῦ βασιλέως.
 ἐπανελθόντι δ' εὐθὺς παρὰ τε Φερῶρα καὶ τῆς Σαλώμης οἱ 15
 λόγοι προσήγοντο, λεγόντων μέγαν αὐτοῖς ἐπηρητῆσθαι τὸν κίν-
 δυνον, ἀναφανδὸν ἀπειλουμένων τῶν νεανίσκων τὸν φόνον τίσα-
 σθαι τῆς μητρὸς. Ἡρώδης δὲ ταῦτα καὶ ἄλλων ἀπαγγελλόντων
 τετάρρακτο. οὕτω δὲ διατεθεὶς ἔγνω ἐπὶ καθαιρέσει τῶν νέων
 ἕτερον υἱὸν Ἀντίπατρον ὄνομα, ἰδιωτέοντι ἔτι αὐτῷ γεγονότα, 20
 προσουκειώσασθαι· καὶ τοῦτον ἐδόκει τιμᾶν, ἵνα καταστειλῇ τὸ
 B θράσος τοῖς ἐκ τῆς Μαριάμ, γνοῦσιν ὡς οὐ μόνους αὐτοῖς οὐδ'

4 καὶ] δὲ A. 5 συνεξεργάσαντο] haec aliter apud Iosephum.
 interpungendum fortasse ante βλασφημίαι, addito καὶ vel οὐν.
 καὶ om A. 6 τῶν νεανίσκων A Iosephus, τοῖν νεανίσκων PW.
 8 ὄνομα] δυσμένεια A.

Salomae filiam Bernicem, Archelai Cappadocum regis filiam Glaphyram Alexandro. quibus rebus Salomes inimicitiae contra adolescentes magis alebantur, omnes eos sibi adiungentis qui caedis Mariammae adiutores fuerant. adolescentibus autem causas quoque nonnullas suppeditantibus tam recordatione matris quam imperii cupiditate, maledicta quidem ab his in Salomen et Pheroram conferebantur, illorum autem malevolentia angebatur, et subdolae calumniae, causa ab ipsis suppeditata, contra eos adornabantur. nam cum nefaria Salome et matri et ipsis conviciaretur, ut eos ad respondendum irritaret, illi et interitum matris et suas fortunas miserabantur, qui parricidarum illius consuetudine uti cogerentur. haec absente rege acta. reverso Pheroras et Salome statim ea verba insurrant, se in magno versari periculo, adolescentibus se necem matris ulturos aperte minitantibus. Herodes his per alios quoque nuntiatis turbatus, alium filium Antipatrum, in privata vita susceptam, ad coercendos adolescentes sibi conciliare statuit, eique honorem habuit, ut Mariammae filiorum audaciam reprimeret, cum

ἔξ ἀνάγκης ἢ διαδοχὴ τῆς βασιλείας ὀφείλεται. ὄθεν ὡς ἔφε-
 δρόν τινα τὸν Ἀντίπατρον ἐπεισήγαγεν. ὁ δὲ δεινὸς ὢν, ἐπεὶ
 παρρησίως ἐλάβετο, μίαν ἔσχεν ὑπόθεσιν, ἔχεσθαι τοῦ πατρὸς
 καὶ τῶν ἀδελφῶν ἀλλοτριοῦν ταῖς διαδοχαῖς. κακίνοι δ' ἔτι
 5 ἐδίδουσαν ἀφορμὰς, καὶ δακρύνοντες ὡς ἀτιμαζόμενοι καὶ τὴν μη-
 τέρα ἀνακαλοῦμενοι καὶ τὸν πατέρα φανερώς οὐ δίκαιον λέγοντες.
 ἄπερ κακοήθως οἱ περὶ τὸν Ἀντίπατρον Ἡρώδη μετὰ προσθήκης
 ἔξαγγέλλοντες μέλνονα τὴν πρὸς ἐκείνους ἐνεποιοῦν ἀπέχθειαν.
 βουλόμενος δὲ ὁ πατὴρ ταπεινώσαι τοὺς ἐκ τῆς Μαρίας, πλειό- C
 10 νος Ἀντιπάτρω μετεδίδου τιμῆς· τέλος δὲ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ
 ἐπεισήγαγε. καὶ Καίσαρι συνίστη αὐτὸν γράφων ὑπὲρ αὐτοῦ,
 καὶ εἰς Ῥώμην αὐτὸν μετὰ πολλῶν δώρων ἀπέστειλεν, ὥστε ἤδη
 ἐπ' ἐκείνῳ δοκεῖν πάντα, παρεῶσθαι δ' ἐκ τῆς ἀρχῆς παντάπασι
 τὰ μειράκια. Ἀντίπατρος δὲ δεδοικὼς μὴ αὐτοῦ ἐκδημήσαντος
 15 ἐπιεικέστερος εἰς τοὺς ἐκ Μαρίας γένηται ὁ πατὴρ, καὶ ἀποδη-
 μῶν οὐκ ἀνέι συνεχῶς ἐπιστέλλων κατὰ τῶν ἀδελφῶν τῷ πατρὶ
 καὶ προστεθειῶν πρὸς τὴν δυσμένειαν, ἕως εἰς τοῦτο πρόηγαγεν
 αὐτὸν εἰς τὸ πλεῦσαι πρὸς Ῥώμην κακεῖ τῶν παίδων κατηγορεῖν
 παρὰ Καίσαρι. ἀπελθὼν δ' εἰς Ῥώμην σὺν τοῖς παισὶ, παρε- D
 20 στήσατο μὲν αὐτοὺς τῷ Καίσαρι, ἡτιῶτο δὲ τῆς ἀπονοίας, ὡς
 τὸν ἑαυτῶν πατέρα μισοῦντας καὶ διαχειρίσασθαι μελετῶντας
 αὐτὸν καὶ οὕτω τὴν βασιλείαν λαβεῖν. τῶν δὲ νεανίσκων καὶ

2 ἐπεισήγεν A.
 8 ἐποιοῦν A.
 11 συνίστη A Iosephus, συνί-
 στησιν PW.
 13 πάντα ἐπ' ἐκείνῳ δοκεῖν A.
 22 αὐτὸν A,
 αὐτῶν PW.

intelligerent non sibi solis neque necessario regni successionem deberi.
 itaque Antipatrum tanquam spectatorem certaminis ad dimicandum para-
 tum introduxit. qui, ut homo callidus, data occasione unum sibi nego-
 tium esse ratus est patri adhaerere, eumque per calumnias a fratribus
 alienare: quibus calumniis illi ansas dabant, sui contemptum deplorando
 et matrem invocando et patrem aperte iniustum vocitando. ea verba
 cum additamento renuntians Antipater patris erga illos simultatem mali-
 tiose augebat; ab eoque ut Mariammae filios premeret amplioribus
 honoribus auctus, denique matre ipsius etiam introducta cum multis
 muneribus Romam mittitur Caesarique commendatur, ut iam penes illum
 esse omnia, adolescentes vero spe imperii plane deiecti viderentur.
 caeterum Antipater veritus ne se absente pater Mariammae filiis aequior
 fieret, nec in itinere subinde ad eum scribere destitit et eius inimicitias
 contra fratres exacerare: donec perpulit ut ipse Romam navigaret, filios
 apud Caesarem accusatum. quos cum secum adduxisset, de eorum
 deplorata indole querebatur, qui patrem exosi, eiusque perimendi avidi,
 regnum affectarent. adolescentes vero patre quoque adhuc dicente fle-

λέγοντος ἔτι τοῦ πατρὸς δάκρυα ἦν καὶ τέλος οἰμωγῆς, δεδοικότεν
ὡς εἰ σιγῶν δόξουσιν ἐκ τοῦ συνειδότες μὴ εὐπορεῖν ἀπολογίας.
ὡς δ' ἔργων εὐμένειαν παρὰ Καίσαρος, τῶν δ' ἄλλων τοὺς μὲν

P I 246 χεῖρι διαλβεῖν τὰς αἰτίας, πρὸς τὸν πατέρα λόγους ποιούμενος. 5
καὶ διαλεχθέντος πρὸς τὸ ἐπαγωγότερον ὁ Καῖσαρ, οὐδὲ πρό-
τερον ταῖς κατ' αὐτῶν πιστεύων διαβολαῖς, ἔτι μάλιστα ἐξη-
λάττετο, καὶ συνεχῶς εἰς τὸν Ἡρώδη ἀπέβλεπεν, ὄρων κάκεινον
ὑποσυγκιχόμενον. καὶ ἡγωνία τὸ θάταρον· Καῖσαρ δὲ τοὺς μὲν
νεανίσκους, εἰ καὶ τῶν διαβολῶν πόρρω δοκοῦσιν, αὐτὸ τοῦτο 10
ἁμαρτεῖν ἔφη τὸ μὴ τοιοῦτους ἑαυτοὺς τῷ πατρὶ παρασχεῖν ὡς
μηδὲ γενέσθαι τὸν ἐπ' αὐτοῖς λόγον, Ἡρώδη δὲ παρεκάλει

W I 176 διαλλάττεσθαι τοῖς παισὶν ἀφελόντα πᾶσαν ὑπόνοιαν· καὶ τὸ
B πιστὰ γὰρ ἡγεῖσθαι ταῦτα κατὰ τῶν παίδων οὐ δίκαιον ἔκρινε.
τοιαῦτα συμβουλευόντων ἔνευσε τοῖς νεανίσκοις προσπειεῖν τῷ πατρὶ. 15
κάκεινων ὠρηκῶτων προλαβῶν αὐτοὺς ὁ πατὴρ δακρύνοντας ἡσπά-
ζετο ἀγκαλιζόμενος ἕκαστον. τότε μὲν οὖν εὐχαριστήσαντες Καί-
σαρι μετ' ἀλλήλων ἀπήεσαν, καὶ Ἀντίπατρος μετ' αὐτῶν, ταῖς
διαλλαγαῖς ὑποκρινόμενος ἤδισθαι· τῇ δ' ὑστεραία περὶ τῆς
βασιλείας τῷ Ἡρώδη τὴν ἔξουσίαν ἀφῆκεν ὁ Καῖσαρ, ὃν ἂν 20
αἰροῦτο τῶν παίδων διάδοχον καθιστῶν, ἢ καὶ διανέμειν ἅπασι
ταύτην, μετὰ θάνατον μέντοι. ζῶντι δὲ οὐκ ἐπέτρεπε τὴν δια-
νομήν, ἀλλὰ καὶ τῶν παίδων ἤθελεν αὐτὸν καὶ τῆς βασιλείας

2 μὴ AW, μὴ δ' P.

4 δακρύνοντας A.

bant, et tandem suspirabant, veritē ne silentium suum confessio cri-
minis et conscientiae argumentum haberetur. ut autem et Caesaris
benevolentiam et aliorum lacrimas et commiserationem omnium animad-
verterunt, Alexander oratione ad patrem instituta crimina diluere ex-
orsus cum probabiliter discernisset, Caesar, qui ante quoque illorum
criminationibus non credidisset, magis in ea sententia confirmatus,
Herodem continenter intuetur: quem cum et ipsum subtristem cerneret,
ac spectatoribus aestuantibus, adolescentibus ait, etsi sese criminis
omnino expertes esse putarent, tamen id ipsum eos delinquere, quod
patrem non ita colerent ne quis de ipsis rumor spargi posset. Herodem
autem hortatus est ut omni suspitione abiecta filiis reconciliaretur:
nam talia contra liberos credere iniquum esse. dum haec monet, in-
sinit adolescentibus ut coram patre procumbant. quod cum alacriter facturi
essent, pater prior eos lacrimantes salutavit et utrumque amplexus est.
ac tum gratis actis Caesari una discesserunt, Antipatro etiam comi-
tante, qui se illorum reconciliatione gaudere simulabat. postridie
Caesar Herodi liberum fecit quem vellet e filiis successorem designare,
aut regnum inter eos dividere, sed post obitum demum: nam dum
viveret, eum et regnum et imperium in filios tenere iussit. in redita

κρατεῖν. ἐπανόντι δὲ περὶ Κιλικίαν Ἀρχέλαος ὁ πενθερός Ἀλε- C
ξάνδρου συναντῶ τῷ Ἡρώδῃ, συνηθόμενος ἐπὶ ταῖς τῶν παιδῶν
διαλλαγαῖς. ἐντεῦθεν Ἡρώδης ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἐλθὼν, καὶ
συναγαγὼν ἐκκλησίαν, τὰ κατὰ τὴν ἀποδημίαν αὐτῷ πεπραγμένα.
5 διηγεῖτο, καὶ ἐπὶ νοθεσίᾳ τῶν παιδῶν τὸν λόγον κατέστρεψε,
καὶ τοῖς υἱοῖς προεῖπε τὴν βασιλείαν καταλιμπάνειν, πρῶτῳ μὲν
Ἀντιπάτρῳ, εἶτα καὶ τοῖς ἐκ Μαρίας. ταῦτα εἰπὼν τὸν σύλ-
λογον διελύσατο.

19. Ὑπῆρχε δὲ τὴν γνώμην πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους φιλοτι-
10 μβότατός τε καὶ εὐεργετικώτατος, πρὸς δὲ τοὺς ὑπηκόους ἐπαχθῆς
τε καὶ ἀδικιώτατος, πρὸς δὲ τοὺς οἰκείους καὶ φίλους κολαστῆς D
ἀπαράιτητος. ἡ δὲ αἰτία τούτων φιλοδοξία καὶ φιλαρχία. ὑπὸ
μὲν γὰρ φιλοδοξίας, εἰ μνήμης ἔμελλε τευχάνειν εἰσαυθίας ἢ εὐφη-
μίας κατὰ τὸ ἐνεσθῆς, οὐκ ἐφείδετο δαπανῶν, πολυδάπανος δ'
15 ὧν βαρεῖαις εἰσπραῖσιν τοὺς ὑποτεταγμένους ἐπίεξε καὶ χαλεπὸς
ἦν αὐτοῖς· ὑπὸ δὲ φιλαρχίας, εἰ κατὰ τινας ὑπόνοιαν ἔσχεν ἐφι-
σθαι τῆς ἀρχῆς ἢ τι περὶ αὐτὴν παρακινεῖν, ἴσα πολεμίοις αὐτῷ
προσεφέρετο, κἀντεῦθεν συγγενεῖς τε καὶ φίλους ἐτιμωρήσατο
ἀφειδῶς, μόνος θέλων τετιμηθῆναι. τεκμήριον δὲ τοῦ πάντοθεν P I 27
20 χρηματίζεσθαι θελῆναι διὰ τὸ πολυδάπανον, ὅτι ἀκηκοὼς ὡς Ὑρ-
κῆς ὁ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσας ἀνοίξας τὸν τάφον Λαβιδ ἀργυ-

6 πρῶτα A. 7 καὶ om A. 10 εὐεργετικώτατος A.
εὐεργετικώτατος PW. 11 πρὸς δὲ] καὶ πρὸς A. 12 αἰ
δ' αἰτία A. 14 ἐνεσθῆς A. δαπανῶν A. 15 ἐπι-
πέξε A.

Fontes. Cap. 19. Iosephi Ant. 16 5 § 4—7 § 3.

Archelaus Alexandri socer ei circa Ciliciam occurrit, filiorum reconci-
liationem gratulans. inde in Iudaeam reversus indicto concilio, ut in
itinere secum esset actum, exposuit, orationemque filiorum admonitione
conclusit: quibus cum denuntiasset se regnum relinquere primum Anti-
patro, deinde Mariammae quoque filiis, concilium dimisit.

19. Fuit Herodes erga alios liberalissimus et beneficentissimus,
subditis vero gravis et iniquissimus, cognatorum et amicorum punitor
inexorabilis. in causa fuit gloriae imperisque cupiditas. nam gloriae
gratia, si vel posteritatis memoriam vel in praesentia nominis celebri-
tatem consecuturus esset, nullis parcebat impensis: quas cum multas
requireret, gravibus exactionibus subditos cum saevitia onerabat.
imperii porro cupiditas in causa erat ut, si quam contra aliquem suspi-
cionem regni affectati aut studii novarum rerum concepisset, eum pro
hoste ulcisceretur. itaque cum solus honorari vellet, cognatos et amicos
inclementer supplicis afficiebat. eius avaritiae ex profusionibus ortae
illud argumentum est, quod cum audisset Hircanum decessorem suum

ρίον λάβοι τρισχίλια τάλαντα, νυκτὸς ἀνοίξας τὸν τάφον εἰσέρχεται, τοὺς πιστοτάτους τῶν φίλων παρεληφώς, ἔν' ἀνέκφορον εἶη τὸ δρώμενον. καὶ χρήματα μὲν οὐχ εὔρεν ἀργύρια δηλαδή, κόσμον δὲ πολὺν κειμηλίων χρυσῶν, ὃν ἀνείλετο πάντα. ἔσπευδεν αὖν καὶ ἐνδοτέρω χωρεῖν κατὰ τὰς θήκας ἐν αἷς τῶν βασιλέων 5 Δαβὶδ καὶ Σαλομῶντος τὰ σώματα τεθησαύριστο. ὡς δ' ἐβιάζετο εἰσιέναι, δύο μὲν αὐτῷ τῶν δορυφόρων ἐφθάρησαν φλογὸς B ἐνδοθεν ἀπαντησάσης, ὡς λόγος, αὐτοῖς, αὐτὸς δὲ περιδείξ ἐξῆε. καὶ διὰ τὴν ἐπιχείρησιν χεῖρον ἔχειν ἐδόκει τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν αὐτῷ· ἐμφυλῶ γὰρ ἐψέκει πολέμῳ τὰ κατὰ τὴν αὐλήν τὴν βασι- 10 λικὴν. ἐστρατήγει δὲ αἰεὶ κατὰ τῶν ἀδελφῶν ὁ Ἀντίπατρος, δεινὸς ὢν, δι' ἄλλων μὲν αὐτοῦ περιβάλλον αἰτίαις, αὐτὸς δὲ πολλάκις ὑπεραπολογούμενος, ἵνα δοκῶν εὖνους ἐκείνοις, ἀνύποπτος εἶη τῷ πατρὶ πρὸς τὰς ἔγχειρήσεις, καὶ μόνος τῆς ἐκείνου σωτηρίας φροντίζειν δοκῆ. καὶ ὁ μὲν τὰ πάντα ἦν τῷ πατρὶ, 15 οἱ δ' ἐκ τῆς Μαρίας χαλεπώτερον αἰεὶ διετίθεντο, καὶ τὴν ἀτιμίαν οὐκ ἔφερον ὑπ' εὐγενείας, παρεωσμένοι καὶ τάξιν ἀτιμότηραν ἔχοντες. αἱ τε γυναῖκες, ἡ μὲν Ἀλεξάνδρῳ συνοικοῦσα C Γλαφύρα ἢ Ἀρχελαίου μῖσος εἶχεν εἰς τὴν Σαλώμην διὰ τε τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα διάθεσιν καὶ διὰ τὴν ἐκείνης θυγατέρα συνοι- 20 κοῦσαν Ἀριστοβούλῳ, ἧπερ ὑπερηφάνως προσεφέρετο ἢ Γλαφύρα, καὶ τὴν ἰσοτιμίαν αὐτῆς ἀνηξιοπάθει. γέγονε δὲ τις ὑπόθεσις καὶ τὸν τοῦ βασιλέως ἀδελφὸν Φερώραν εἰς ὑποφίαν καὶ

1 τρισχίλια τάλαντα A Iosephus, τάλαντα τρισχίλια PW.
2 ἀνέκφορον A. 6 Σολομῶντος supra. 15 δευσι A.
22 δέ om A.

aperto Davidis monumento tria millia talentum argenti abstulisse, nocta fidissimis amicorum adhibitis, ne res efferretur, idem monumentum aperit, ingreditur. et argentum quidem non reperit, sed multum auri ornatus. quo omni sublato ad cellas interiores, quibus Davidis et Salomonis regum cadavera condita erant, properat. quo dum penetrare contendit, duo eius satellites perierunt flamma, ut fertur, erumpente: ipse perterritus discessit. atque ob id facinus res eius domesticae laborare videbantur. nam quae in regia gerebantur, belli civilis faciem prae se ferebant. Antipater enim homo callidus bellum instruebat contra fratres: quos cum per alios criminaretur, ipse aliquando defendebat, ut per benevolentiae speciem amota insidiarum suspicione patrem falleret, et solus salutem eius curare videretur. atque in eo patri erant omnia: Mariammae vero filii in dies magis exasperabantur, ignominiam, ut generosis erant animis, non ferentes, cum repulsi ac quasi in ordinem coacti essent. eo incitabantur ab uxoribus etiam. nam Alexandri coniux Glaphyra Salomen oderat ob eius in maritum suum malevolentiam, et ob filiam illius Aristobuli uxorem, quam superbe tractabat et sibi dignitate aequatam esse indignabatur. Pheroras quoque frater in regis

μῖσος τῷ ἀδελφῷ φέρουσα. κατηγορήθη μὲν γὰρ αὐτῷ ἢ τοῦ W I 177
 βασιλέως θυγάτηρ, ὁ δὲ δουλευούσης αὐτῷ γυναικὸς ἠτιώμενος
 καὶ περιμικρῶς τοῦ γυναικίου ἐρῶν τῇ μὲν τοῦ ἀδελφοῦ θυγατρὶ οὐ
 προσείχε, τῇ δὲ δούλῃ προσέκειτο. ἤχθητο δὲ διὰ τοῦτο Ἡρώ- D
 5 θης καὶ τὴν μὲν κόρην νύμφῃ Φασαήλου ζεύγνυσι, χρόνου δὲ διελ-
 θόντος περὶ τε τῶν πρώτων ἠτιῶτο τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν δευτέραν.
 ἤξιον λαμβάνειν, παρηκμακέναι ἤδη αὐτῷ οἰόμενος τῆς δούλης
 τὸν ἔρωτα. ὁ δὲ τὴν μὲν δούλην καὶ παῖδα ἐξ αὐτῆς σχῶν ἀπο-
 πέμπεται, τὴν δὲ τοῦ βασιλέως θυγατέρα μετὰ τριακοστὴν ἡμέραν
 10 κατέθετο λήψεσθαι. διελθούσης δὲ τῆς προθεσμίας τοσοῦτον
 πρὸς τὸν τῆς δούλης ἔρωτα ἔμεμῆνει ὡς ἀθιτέησαι τὰ ὠμολογη-
 μένα, τῇ δὲ προτέρα συμφυθίρεισθαι. ταῦτα τὸν Ἡρώδην ἐξέ- P I 248
 μαινε· καὶ αἱεὶ δὲ τι καινὸν προσπίπτον ἀτρεμεῖν αὐτὸν οὐκ εἶα.
 καὶ ἡ Σαλώμη δὲ χαλεπῇ τοῖς ἐκ Μαρίας οὔσα καὶ τὴν ἑαυτῆς
 15 θυγατέρα Ἀριστοβούλῳ συνοικουῦσαν ἀνέπειθε μὴ ἐνοικίῳ πρὸς
 τὸν ἄνδρα διακίεσθαι, ἀπαγγέλλειν δὲ αὐτῇ εἴ τι κατ' ἰδίαν
 λαλήσειεν. ἡ δὲ μεμνησθαι τοὺς νεανίσκους ἔλεγε τῆς μητρὸς,
 τὸν δὲ πατέρα στυγεῖν, ἀπειλεῖν δὲ τῆς ἀρχῆς τυχόντες τοὺς μὲν
 ἐκ τῶν ἄλλων γυναικῶν παῖδας Ἡρώδου κομογραμματεῖς κατα-
 20 στήσειν, τὰς δὲ γυναῖκας καθιέρξειν ὡς μηδὲ τὸν ἥλιον βλέπειν.
 ταῦτα διὰ τῆς κακίστης Σαλώμης τῷ βασιλεῖ ἀπηγγέλλετο.
 κἀκείνος ἤκουεν ἀλγεονῶς, ἐπειρᾶτο δὲ διορθοῦν· τῶν δὲ παί- B
 δων ἀπολογησαμένων ῥῆῶν ἐγίνετο.

5 συζεύγνυσι A.
 phus, ts PW.

21 ἐπηγγέλλετο A.

22 δὲ prius A Iose-

suspicionem et odium venit, hoc modo. cum ei regis filia desponsa
 esset, mulierem ancillam insano amore deperibat, neglectaque coniuge
 servae amplexibus indulgebat. id Herodes aegre ferens puellam Phasaeli
 filio iungit: sed aliquanto post tum de prioro delicto expostulat, tum ut
 alteram filiam ducat postulat, ancillae amorem iam deseruisse ratus.
 ille ancilla et puero ex ea nato dimissis, se regis filiam ad diem trige-
 simum ducturum pollicetur. quo tempore elapso, tantus eius amoris
 ardor erga ancillam fuit, ut pactis conventis neglectis in adamatae
 mulierculae stupris volutaretur. id Herodis furorem accendit: ac sub-
 inde novi aliquid exortum est, quod eum quietum esse non pateretur.
 ad haec Salome filiis Mariammae infesta, filiae quoque suae Aristobulo
 nuptae suasit ne marito bene cuperet, sed si quid arcani loqueretur,
 id sibi renuntiaret. ea vero dicebat, adolescentes meminisse matris,
 patrem odisse: minitari se regno potitos Herodis liberos ex aliis mulie-
 ribus natos, paganos scribas effecturos, ipsas mulieres ita inclusuros ut
 ne solem quidem intuerentur. quae cum rex ex improbiissimae Salomae
 indicio cognosceret, dolenter ferebat, sed rem componere tentabat,
 auditaque filiorum defensione mitigabatur.

20. Φερώρας δ' αὖθις τὰ πρίγματα συνετάραξεν, εἰπὼν Ἀλεξάνδρῳ ἀπηκοῖναι Σαλώμης λεγούσης ἐρᾶν τὸν Ἡρώδη Γλαφύρας. Ἀλεξάνδρος δὲ πρὸς τὸν λόγον ἐκ ζηλοτυπίας τετάρακτο, καὶ τὴν ὁδὸν οὐκ ἐνεγκὼν τὰ ὑπὸ τοῦ Φερώρα λεχθέντα τῷ πατρὶ κατεμήνυσεν. ὁ δ' Ἡρώδης περιπαθήσας καὶ τὸ τῆς ὀφθαλμοῦ διαβολῆς ἐψευσμένον οὐ φέρων θορυβηθεὶς τε μεταπέμπεται τὸν Φερώραν, καὶ "κάκιστε" εἶπε, "τοιῦτα καθ' ἡμῶν λαλήσας πότερον οἶε λόγον εἰς τὴν ψυχὴν τοῦ παιδὸς ἢ ἕλκος εἰς τὴν C δέξιάν αὐτοῦ ἐμβαλεῖν;" Φερώρας δὲ Σαλώμην ἔφη ταῦτα συμπεῖσειν, κάκιστος εἶναι τοὺς λόγους. ἡ δὲ ἀπηρνέτο καὶ 10 τῶν τριχῶν ἐπεδράττειτο καὶ ἰσπεροτυπεῖτο, διὰ δὲ τὴν τῶν τροπῶν οὐκ ἐπιστεύετο κακοήθειαν. τέλος δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀπεπέμπετο, τὸν υἱὸν δὲ τῆς ἐγκρατείας ἐπήνεσε καὶ τοῦ πρὸς αὐτὸν τοὺς λόγους ἀνενεγκεῖν.

Ἐτερον δὲ τι συνέπεσε ταραχὰς αὖθις ἐγεῖραν κατὰ τὴν 15 οἰκίαν τῷ βασιλεῖ. ἦσαν αὐτῷ ἐνοῦχοι διὰ κάλλος σπουδαῖζόμενοι, ὧν ὁ μὲν οἰνοχοεῖν ὁ δὲ δεῖπνον προσφέρειν ὁ δὲ κατενόαζεν αὐτὸν ἐτέτακτο. τούτους ὑπ' Ἀλεξάνδρον χρήμασι διαφθαD ρῆναι μνηστέται. καὶ βασάνοις ἐκδοθέντες οἱ ἔκτομαι μῆξιν μὲν αὐτῶν γενέσθαι πρὸς τὸν νεανίαν ἀνωμιολόγουν, ἄλλο δὲ οὐδὲν 20

6 σβ] μὴ A.

10 συμπεῖσειν ABC et aliquot codices Iosephi Ant. 16 7 5, ubi nunc συνθεῖσαι legitur. PW συνθεῖσαι ex coniectura Wolfii. fortasse συμπεῖσειν vel συμπεῖσαι, si emendatione opus est. 11 τῶν ἐπιτρόπων A. 16 σπουδαζόμενοι διὰ κάλλος A.

FOUNTES. Cap. 20. Iosephi Ant. 16 7 § 4—8 § 6.

20. Pheroras deinde res denuo turbavit: dixit enim Alexandro se ex Salome audivisse Herodem Glaphyrae amore captum esse. qua oratione turbatus Alexander, ac zelotypiae dolore non ferens, quod ex illo audierat patri indicavit. Herodes vero magno dolore affectus et ementitae calumniae impatiens ac turbatus accessit Pherora "pessimo" inquit, "istis contra nos dictis utrum te verba infingere animo filii, an dextram eius armare gladio censes?" Pheroras respondit Salomen haec comprobaturam, et illius esse ea verba. cui quamvis neganti et capillum vellenti et pectus plangenti ob insitam morum improbitatem fides non habebatur. tandem rex et fratrem et sororem ablegat, filio ob continentiam et relatos ad se sermones collaudato.

Caeterum aliud quiddam accidit quo tumultus in aedibus regis est renovatus. habebat Herodes eunuchos ob formae elegantiam caros, quorum uni pincernae, alteri dapiferi munus assignarat, tertius ipsi a somnis erat. ii ab Alexandro pecunia corrupti esse dicebantur. et quaestionibus adhibiti, rem secum habuisse adolescentem confessi sunt,

κατὰ τοῦ πατρὸς συνειδέναι τῷ Ἀλεξάνδρῳ. ἐπιτεινόντων δὲ τῶν βασιανίζοντων τὰς μύστιγας, ἔλεγον ὡς εἴη δυσμένεια καὶ μῖσος Ἀλεξάνδρῳ πρὸς τὸν πατέρα, παραιοτή δὲ Ἑρωδῆν μὲν ἀπεγνωκέναι διὰ τὸ γῆρας, αὐτῷ δὲ προσέχειν, ὡς τῆς βασι-
 5 λείας αὐτῷ περιελευσομένης κἄν μὴ βούληται ὁ πατήρ, καὶ διὰ τὸ γένος καὶ διὰ τὴν τῶν ἡγεμόνων καὶ τῶν φίλων διάθεσιν. τούτων ἀκούσας Ἑρωδῆς περιφοβὸς ἦν καὶ πρὸς πάντας ὑποψίας εἶχε καὶ μίση, πολλοῖς δὲ τῶν φίλων καὶ τὴν εἰς τὰ βασι- P I 249
 λεια πρόσοδον ἀπηγόρευσε. πάντων δ' αἷτιος ἐτύχχανεν ὁ Ἀντί-
 10 πατρος. πρῶτον μὲν σὺν ὅσοις ᾤετο πιστοὺς Ἀλεξάνδρῳ βασι-
 νοῖς ὁ Ἑρωδῆς ἐξήταζεν εἴ τι κατ' αὐτοῦ τολμηθὲν εἰδείησαν· οἱ δὲ ἀπέθνησκον οὐδὲν ἔχοντες λέγειν. εἷς δὲ τις τὰς βυσάνους μὴ φέρων εἶπε λέγειν Ἀλέξανδρον, ἐπαινούμενον διὰ τὸ τοῦ σώ- W I 178
 ματος μέγεθος καὶ τὸ εὐστόχως βάλλειν ἐκ τόξου καὶ τῦλλα, ὅτι
 15 εἴ τι παρὰ τῆς φήσεως αὐτῷ δέδοται καλὴν ἢ ἔξ ἀσκήσεως προσε-
 γένητο, εἰς δυστύχημα περισταταί· ἄχθεσθαι γὰρ ἐπὶ τοῖς καλοῖς B
 αὐτοῦ τὸν πατέρα. προσετίθει δὲ ὡς καὶ βουλευόσαιτο σὺν Ἀρι-
 στοβούλῳ ἐν κυνηγεσίῳ ἀνελεῖν τὸν πατέρα καὶ εἰς Ῥώμην φνεῖν τὴν βασιλείαν μετελευσόμενος. εὐρέθη δὲ καὶ γράμματα Ἀλε-
 20 ξάνδρου πρὸς τὸν ὀμαιμόνι μὴ δίκαια λέγοντα ποιεῖν τὸν πατέρα προτιμῶντα τὸν Ἀντίπατρον. ἐπὶ τούτοις συλλαβῶν ἔδησε τὸν Ἀλέξανδρον. ἔσπευδε δὲ καὶ μείζον τι λαβεῖν τεκμήριον κατὰ

14 ὅτι om A.

sed de patre nullius consilii se concios esse Alexandro affirmarunt. verum tortoribus flagra intendentibus adiecerunt, intercedere Alexandro inimicitias et odium cum patre, seque ab eo monitos ut Herode ob senectutem destituto sibi auscultarent, ad quem regnum vel invito patre venturum esset, tum ob genus tum propter ducum et amicorum erga se benevolentiam. his auditis Herodes in metu fuit, omnes suspectos atque invisos habuit, multis amicorum aditu regiae interdixit: quarum rerum omnium causa erat Antipater. primum igitur, quos Alexandro fidos esse putabat, quaestionibus adhibitos examinabat numquid ei facinoris alicuius, quo ipse peteretur, conscii essent: illi vero cum quod dicerent non haberent, cruciatibus immoriebantur. quidam tamen tormentorum dolore victus dixit, Alexandrum, cum ob proceritatem corporis, sagittandi peritiam caeterasque dotes laudaretur, dixisse, si quid sibi praecleari vel a natura tributum vel studio comparatum esset, id sibi calamitati esse, quod pater suis bonis doleret. adiecit, eum cum Aristobulo consilia agitasse de patre in venatione occidendo et vindicandi regni causa Romam confugiendo. sunt et litterae Alexandri inventae, quibus ad fratrem scribebat, patrem iniique facere qui Antipatrum ipsis antaferret. ob haec Alexandrum in vincula coniecit. sed evidentius

τοῦ υἱοῦ, ἵνα μὴ προπετῶς δόξῃ αὐτὸν δεδικαίως. πολλοὺς οὖν
 καὶ τῶν ἐν τέλει βασιανζῶν διέφθειρε, μηδὲν εἰπόντας οἷον ἱκεῖ-
 C νος ᾤετο. ὡς δὲ τις τῶν νεωτέρων ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἐγένετο,
 ἐπιστέλλειν ἔλεγε τὸν Ἀλέξανδρον τοῖς ἐν Ῥώμῃ φίλοις, ἀξιοῦντα
 κληθῆναι ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, μηνύοντα Μιθριδάτην τὸν βασι- 5
 λέα Πάρθων τῷ πατρὶ φιλιωθέντα κατὰ Ῥωμαίων· εἶναι δὲ αὐτῷ
 καὶ φάρμακον κατασκευασμένον ἐν Ἀσκάλωνι. ταῦτα Ἡρώδης
 τῆς προπετείας ἐλογίζετο παραμύδιον. τὸ μέντοι φάρμακον
 ἐθθὺς ζητηθὲν οὐχ εὔρεθῆ. διὰ δὲ τὴν τῶν κακῶν ὑπερβολὴν
 ὁ Ἀλέξανδρος φιλονεικῶς διατεθεὶς, καὶ βουληθεὶς ἀμύνασθαι 10
 D τοὺς ἐχθροὺς ἔν' αὐτῷ συναπόλωνται, γράμματα πέπομφε τῷ
 πατρὶ ὡς οὐδὲν δεῖ βασιανζεῖν· μελετηθῆναι γὰρ τὴν ἐπιβουλὴν,
 καὶ ταύτης μετέχειν τὸν τε Φιρώραν καὶ τοὺς πιστοτάτους αὐτῷ
 τῶν φίλων· Σαλώμην δὲ καὶ νύκτωρ ἐπεισελθούσαν αὐτῷ μιγῆ-
 ναι καὶ ἔκοντι· ἀλλὰ καὶ πάντας εἰς ταῦτ' ἤκειν, ἔν' ἐκ μέσου 15
 αὐτοῦ γεγονότος ἀπαλλαγείεν τοῦ ἀεὶ φθαρήσεσθαι προσδοκᾶν.
 Ἀρχέλαος δὲ ὁ τῶν Κυπριαδοκῶν βασιλεὺς ταῦτα μαθὼν,
 καὶ ἀγωνιῶν ὑπὲρ τε τῆς θυγατρὸς καὶ τοῦ κηδέστοῦ, παρα-
 γέγωνε, καὶ εὐφυῶς μετῆι τῶν λυπούντων τὴν ἐπανόρθωσιν,
 τοῦ μὲν νεανίσκου καταγινώσκων, ἐπιεικῆ δὲ τὸν Ἡρώδη ἀπο- 20
 P I 250 καλῶν· τὸν τε γάμον διαλύειν ἔλεγε. τοιαῦτα δὲ λέγοντος τοῦ

1 "altar e regis deducās, Colberteus deducās" DUCANGIUS.
 5 μηνύοντα A, μηνύσαντα PW. 7 κατασκευασμένον A,
 κατασκευασμένον PW. 9 ἐθθὺς om A. 16 γεγονότος
 αὐτοῦ A. 21 ἔλεγε διαλύειν A.

argumentum quaesivit, ne filium temere vixisse videretur. ac multos
 insignes viros in quaestionibus occidit, nihil tale elocutos quale exspe-
 ctabat. sed quidam adolescens fiducialis contentis dixit Alexandrum ab
 amicis Romanis petisse ut a Caesare vocaretur, ad indicium faciendum
 de Mithridate Parthorum rege, qui cum patre amicitiam contra Romanos
 iniisset: eundem habere venenum Ascalone praeparatum. haec temerita-
 tem Herodis consolata sunt. ac venenum statim quaesitum est, sed
 non inventum. Alexander autem malorum magnitudine exacerbatus, ut
 inimicos ulcisceretur et una secum in exitum traheret, ad patrem scri-
 psit, nihil opus esse quaestionibus: nam se insidias cogitare, eorum-
 que socios esse Pheroram et intimos eius amicos: Salomen vero etiam
 noctu cubiculum ingressam secum invito rem habuisse: enimvero
 omnes in eo consentire ut ipso e medio sublato perpetuo exiti meta
 liberentur.

Caeterum Archelaus Cappadocum rex, iis cognitis, de filia et
 genere sollicitus Hierosolyma venit, artificiose molestias sedare conat-
 us. nam adolescentem accusabat, et Herodem aequum vocabat, eoque
 dirempturum esse coniugium profitebatur. ille ea dicente Herodes sae-

Ἀρχελάου ἐνεπίδου τῆς χαλεπότητος ὃ Ἡρώδης καὶ κατήνεκτο πρὸς λύπην καὶ δάκρυα, ἰδεῖτό τε μὴ λύειν τὸν γάμον ἀλλὰ χαλᾶν τὴν ὄργην ἐφ' οἷς ὁ νεανίσκος ἡμάρτηκεν. Ἀρχελαος δὲ ἤδη μαλαχθέντι τὸν Ἡρώδην θεώμενος εἰς ἄλλους τὰς αἰτίας 6 μετέφερε, καὶ μᾶλλον εἰς τὸν Φερῶραν. ὃ δὲ πρὸς Ἀρχελαον ἐτρέπετο; ἔν' ἔσοιτο πρὸς Ἡρώδην αὐτῷ διαλλακτής. καὶ δε συνεβούλευεν αὐτῷ, βέλτιον εἶναι δι' ἑαυτοῦ προσίεναι τῷ ἀδελφῷ καὶ δεῖσθαι, πάντων ὁμολογοῦντα αἴτιον ἑαυτὸν· μαλάξαι γὰρ οὕτω τὸ σκληρὸν τῆς ὄργης· καὶ αὐτὸς δὲ περὶ τὸν συλλήψεσθαι 10 ἐπηγγέλλετο. πείθεται ὁ Φερῶρας. καὶ Ἀλέξανδρος μὲν τῶν Β αἰτιῶν ἀπελύετο, Ἀρχελαος δὲ τῷ Ἡρώδῃ τὸν Φερῶραν διεήλαξε.

21. Μετὰ καιρὸν δὲ πολὺ χεῖρον ἔσχε τὰ κατὰ τοὺς παῖδας καὶ τὴν οἰκίαν Ἡρώδῃ. Εὐρυκλῆς γὰρ ἀπὸ Λακεδαιμόνος 15 οὐκ ἄσημος τῶν ἐκεῖ, κάκιστος δὲ τὴν προαίρεσιν ἄνθρωπος, ἐπιδημήσας πρὸς Ἡρώδην δίδωσιν αὐτῷ δῶρα, καὶ πλείω λαβῶν γέγονε φίλος ἐν τοῖς μάλιστα τοῦ βασιλείως. ἦν δὲ αὐτῷ καταγωγή ἐν τοῖς Ἀντιπατρῶν· προσῆι δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ, γνωστός εἶναι λέγων καὶ Ἀρχελάῳ, ὅθεν καὶ τὴν Γλαφύραν τιμῶν 20 ὑπεκρίνετο. τούτῳ συνήθει γεγονότι Ἀλέξανδρος τὰ καθ' ἑαυτὸν C ἔξετραγώδει, καὶ τὰ κατὰ τὴν μητέρα ἐδίδασκε, καὶ ἔλιγε μὴ δοκεῖν ἀνεκτά. καὶ ὁ μὲν ἀλγῶν τοιούτους λόγους πεποίητο πρὸς

1 ὃ add A. 6 αὐτῷ πρὸς Ἡρώδην διαλλακτής A. 7 εἶναι
add A Iosephus. 13 πολὺ A Iosephus, πολὺν PW.
16 δῶρον A. 22 πεποίητο] ἐποίησεν A.

Fontes. Cap. 21. Iosephi Ant. 16 10 § 1—11 § 1.

vitia remissa in maerorem et lacrimas erupit, eumque rogavit ne matrimonium dirimeret, sed omissa iracundia delictis adolescentis veniam daret. Archelaus cum Herodem iam mitigatum videret, culpam in alios transferebat, Pheroram praesertim. cui roganti ut pro se apud Herodem intercederet, suavit ut ipse fratrem conveniret et oraret et culpam omnem agnosceret: sic enim iracundiae rigorem facilius mitigaturum: seque illi affore est pollicitus. paret Pheroras, per Archelaum Herodi reconciliatur, etiam Alexandro crimine liberato.

21. Verum aliquo tempore post liberi et res domesticae Herodis longe peius habebant. nam Eurycles Lacedaemonius, homo apud suos non obscurus sed pessimi animi, Herodi muneribus oblati, et pluribus acceptis, in regis intimam amicitiam est receptus. diversabatur autem apud Antipatrum; sed et Alexandri aedes frequentabat, se Archelao quoque notum esse asserens, eaque de causa Glaphyram colere simulabat. huic in familiaritatem recepto Alexander suas tragodias et matris interitum referebat, se non ferenda esse illa dicebat. quae cum

τὸν Εὐρυκλῆν, ὃ δὲ πάντα τῷ Ἀντιπάτρῳ ἀπέφερον. Ἀντιπατρος δὲ δώροις αὐτὸν ἐδειξιούτο καὶ ἤξιου πρὸς τὸν πατέρα τοὺς λόγους φράζειν. ὃ δὲ οὕτω τὸν βασιλέα διεθῆκεν ὡς ἀμετάγνωστον
 W I 179 ποιῆσαι τὸ μῖσος. καὶ ὃ μὲν ἀπῆι χρηματισάμενος, Ἡρώδης δὲ τοσοῦτον πρὸς τοὺς παῖδας ἐξώργιστο ὡς μηκέτι δεῖσθαι δια-
 D βολῶν, ἀλλ' αὐτὸς περιεργάζεσθαι τὰ ἐκείνων καὶ παρατηρεῖν ἕκαστα.

Δύο γοῦν τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως κατ' ὁργὴν αὐτοῦ ἀπεωσμένοι τοῖς περὶ Ἀλέξανδρον συνιππάζοντο καὶ δῶρα ἐξ ἐκείνου ἐλάμβανον. ὑποπιεύσας οὖν τούτους Ἡρώδης εὐθὺς 10 ἔβασάνιζεν. οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον διεκατέρουν, εἶτ' ἀπήγγελλον ὡς πείθοι αὐτοὺς κτείνειν θηρῶντα τὸν Ἡρώδη Ἀλέξανδρος. καὶ ὃ φρούραρχος δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἠτάζετο ὡς ἐπαγγελάμενος δέξασθαι τοὺς νεανίσκους ἐν τῷ φρουρίῳ. κάκεινος μὲν οὐδὲν ὠμολόγει, ὃ δὲ νίδς αὐτοῦ ταῦτα γενέσθαι κατέθετο, καὶ γράμμα 15
 P I 251 ἐπέδωκε περὶ τούτων, ὡς εἰκάσαι τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου χειρὸς. ὃ μὲν οὖν Ἡρώδης οὐκέτι ἐνδοιάσμιμος ἦν περὶ τῆς τῶν παίδων ἐπιβουλῆς, Ἀλέξανδρος δὲ δι' Ἀντιπάτρου τὸ γραμματίδιον κακουργηθῆναι δυσχυρίζετο. τότε μὲν οὖν φυλακῆ τῶν νεανίσκων ἐγένετο, καὶ καταδικῶν εἶχον ἀδοξίαν καὶ δέος. ὃ δὲ 20 Ἀριστόβουλος τὴν ἑαυτοῦ πενθερὰν Σαλώμην συναλγεῖν οἰόμενος καὶ μισεῖν τὸν τὰ τοιαῦτα πειθόμενον, "ταῦτα καὶ σοί"

8 Δύο PW. 13 ἠτάζετο? Iosephus αἰτίαν εἶχε. 15 γράμματα A Iosephus. 19 ἀπισχυρίζετο A.

W II 3 Ῥωμαίων δὲ μνησθείσης τῆς ἱστορίας καὶ τούτοις κράτος ἀναθιμένης ἀήτητον, ἀναγκαῖον πάντως εἶπεν καὶ διδάξαι ἢ D ἀναμνήσαι τοὺς ἐντευξομένους τούτῳ δὴ τῷ συγγράμματι, τίνες τε οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ὅθεν τὸ τούτων ἔθνος συνέστη τὸ ἐξ ἀρχῆς, καὶ πόθεν τὴν κλήσιν ἔσχε, καὶ τίσι πολιτείαις ἐχρήσατο, καὶ οἷαις τύχαις ἐνέκυρσε, καὶ ὅπως προὔκοιεν εἰς εὐδαιμονίας ἀκρότητα ὡς μικροῦ κυριεῦσαι τῆς οἰκουμένης ἀπάσης καὶ τὸ κράτος κατὰ πάντων σχεδὸν ἀναδήσασθαι, καὶ ὅπως βασιλευθὲν ἐξ ἀρχῆς εἰς ἀριστοκρατίαν ἦτοι δικτατορίας καὶ ὑπατείας μετέπεισε, καὶ εἰς δημοκρατίαν αὐθις μετήνεκτο, εἶτα εἰς μοναρχίαν¹⁰ ἐπανελήλυθεν. ἔφητόν μοι τοίνυν καὶ περὶ τούτων καὶ διηγησέσθαι ὡς ἐνδὸν ἐπιτέμνοντι τὸ πλάτος τῆς διηγήσεως καὶ τὴν μακρογραφίαν συστέλλοντι, ἵν' εἴεν ἐσδύνοπτα τὰ τῆς ἱστορίας καὶ τῶν ἐπιόντων ταῦτα μνήμην μὴ διαφεύγοιεν.

1 ante Ῥωμαίων inscriptio περὶ τῆς ἀρχαιογονίας Ῥωμαίων CW.
 4 τὸ prius add A. συνέστη τὸ ABCW, συνέστησε P.
 7 μικροῦ A. 9 ἀριστοκρατίαν A, ἀριστοκρατεῖαν PW.
 10 δημοκρατίαν A, δημοκρατεῖαν PW. 11 ἐπανελήλυθε A,
 ἐνανελήλυθε C, ἀπανελήλυθε PW. 14 ταῦτα om A.
 μὴ om C.

Iam cum Romanorum mentionem fecerit historia, eiusque potentiam invictam tribuerit, omnino necessarium est dicere ac docere aut admonere lectores, qui sint Romani, quae gentis origo, unde nomen habeat, quibus rerum publicarum formis usa, quibus casibus iactata sit, quibus rationibus ad summam felicitatem ascenderit, ut toti fere terrarum orbi imperarit suamque potestatem ad omnes paene propagarit, et ut principio regibus paruerit ac post ad optimatum potestatem sive dictaturam et consulatum reciderit, deinde rursus ad democratiam devoluta mox ad monarchiam sit reversa. de his igitur etiam dicendum est, prolixitate narrationis quantum fieri potest in compendium contracta vitataque verborum multitudinem, ut historia et facile intelligi et memoria teneri queat.

N O T A E.

L E C T O R I.

Eiusmodi sunt qui generalem praesertim spectant historiam, quemadmodum sunt Zonarae quos modo recudimus Annales, ut fusioribus illustrari commentariis minime debeant, cum qui id faciendum sibi proponeret, inutilibus potius ac supervacaneis lectorem fatigaret observationibus quam labore quovis sublevaret. ea quippe est scriptionis istius ratio, ut quae ex auctoribus decerpuntur, attingantur duntaxat nec pleniori oratione conscribantur. continua gestorum series et secundum certiores temporum notas digesta in illis attenditur potissimum, adeo ut ipsas consulere origines necesse habeat qui prolixiores expetierit narrationes, cum eorum qui condunt Annales praecipuum sit consilium ut universali quadam rerum cognitione lectoris animum informent. ita Zonarae illud in primis fuit, ut recte in Praefatione ait Wolfius, "certam quandam historiae quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis voluminibus membra et partes eius in unum quoddam corpus redigendi. delegit enim sibi non omnium sed praecipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel praecipuas duntaxat vel eas quae ad ecclesiae seriem perspiciendam facere videbantur." in hac igitur tot eventuum atque rerum expositione quam Annales complectuntur, qui mundi primordia Veterisque Foederis historias, quae ex sacris libris et ex Iosepho ac Georgio Syncello, aut res Graecanicas vel etiam Romanas, seu rei publicae seu imperii tempora spectentur, ex scriptoribus refert Zonaras, cum iis conferre vellet ac eorum auctoritate firmare qui singulas ex professo pertractarunt, vel quae ille de industria omisit afferre, duo pariter subiret incommoda, ut et nimium diceret nec tamen totum, ut Quintiliani verbis utar. fatendum tamen occurrere interdum in iis multa quae critica indigeant manu, cum in ipsa videlicet narratione, aut in personarum vel locorum nomenclaturis, atque adeo in factis ipsis a suis discedunt authenticis, de quibus lectorem interest admonere. nonnulla sunt praeterea quae locis exoticis possunt adornari, cum lumen sibi invicem plerumque

commodent scriptores: quod quidem in Notis, quas hic in praesens edimus, pro virili praestitimus, in iis maxime quae Byzantinae historiae illustrandae conducunt; quandoquidem hosce Annales publicamus caeteris rerum Byzantarum scriptoribus typis Regiis hactenus expressis adiungendos. nam ut Theophanem ac illius Continuatores, vel qui ut Zonaras Annales a mundi condita ad sua tempora, alia forte methodo, perduxerunt, Georgium Cedrenum, Georgium Hamartolum, Symeonem Logothetam, Ioannem Scylitzen, Constantinum Manassem, Michaellem Glycam, Ioelem et alios istiusmodi cum ipso Zonara compararem, absonum prorsus visum esset, cum satis et abunde sit, si quae sunt extra usum communem vel a caeteris intacta, in Notas referantur, ex quibus scriptori lux utouneque affulgeat. iam vero cum in universam Byzantinam historiam perpetuos, ut ita dicam, seu qui singulis illius acriptoribus aptari possint, commentarios antehac ediderim, duobus publicatis voluminibus, quorum alterum Familias Augustas et Dalmaticas una cum urbis Cpolitanae descriptione, alterum mediae et infimae Graecitatis Glossarium complectatur, in quo non modo vocabula mixobarbara sed etiam dignitates palatinae militares ecclesiasticae et monasticae explicantur, unum supererat ut sola duntaxat facta illustrari posse arbitrarer. quod quidem ita a me praestitum est ut, si quid in supra memoratis lucubrationibus excidisset, subinde annotarem, idque saepe ex scriptoribus ineditis, ne vel ex incuria nostra vel ex memoriae lapsu dispendium lector patiatur. sed et varias interdum lectiones ex Zonarae manu descriptis codicibus, quos videre contigit, subinde inserimus, praetermissis interea synonymis tanquam nullius compendii, quod et se fecisse profitetur Wolfius interpres; cuius alioquin Notas priori editioni subditas cum nostris edi suis locis curavimus, littera nominis initiali W indicatas, praetermissis quibusdam inutilibus. atque hae quidem priorem Annalium partem et alteram usque ad Constantinum Magnum potissimum spectant, ubi paulo visus est accuratior quam in iis quae Byzantinorum imperatorum historiae erant subiunctae, in qua minus scientem fuisse palam est, quod et ipsemet ingenue agnoscit; quemadmodum et Xylander in Notis ad Cedrenum singulis fere locis, qui res Byzantinas spectant, non modo haesitare cogitur, sed fatetur ultro vocum sibi insolentium, partim hybridarum ac *μῆσοβαρβάρων*, partim prorsus et apud Latinos et apud Graecos peregrinarum, notiones ignotas nec alibi lectas: quod non omnino mirandum, siquidem hac tempestate nulli tum fere essent editi Byzantinae historiae scriptores, et in iis illustrandis nemo ex tot viris eruditis studia sua hactenus contulerat. DUCANGIUS.

Quinque codicibus in totius operis interpretatione sum usus, quorum tres liberalitate magnisque sumptibus magnifici et generosi viri d. Antonii Fuggeri, opera vero honesti et eruditionis amantissimi viri Ioannis Derschwam Cpoli sunt allati; quartum [D] Ioannis Iacobi Fuggeri, Maecenatis mei, bibliotheca suppeditavit; quintum ex Viennensi bibliotheca clarissimus vir d. Gaspar a Nydprug, seuator regius, ultro liberaliter communicavit, eoque officio sane quam necessario multum conatus nostros iuivit. nam absque eo si fuisset, multae lacunae in Zonara relinquendae fuissent. ex his duo duntaxat integri fuere, Cpolititanus ab Antonio Cantaeuzeno Byzantii emptus [C], et Viennensis [B]: reliqui tres historiam imperatorum duntaxat habuerunt, nec eam omnes integram. neque ullus ex his omnibus fuit in quo non multa et depravata et mutilata essent: quae ex caeteris partim explevi partim correxi. etsi autem in integrum omnia restituere non licuit (alicubi enim omnes noti atque amici, ut ille queritur, me deseruerunt), tamen eam operam navasse videor, ut lectores aliquid meis laboribus debituri et praetermissa boni consulturi sint, nisi iniqui esse velint. nam quantae molestiae esse putas (ut conversionis aerumnas taceam) cramben non bis sed quinquies repetitam devorare? apparet hoc opus olim in magno fuisse pretio, ac saepissime descriptum ab iis qui sententias auctoris sequi contenti, verba eius non curiose observarint, ac potius cum illo certare voluerint paraphrasi quadam et copia elocutionis, in primo tomo praesertim: quae omnia annotare et magni laboris et supervacaneum fuisset. quorsum enim attinet perscribere synonyma, ut pro *δομοθνεῖς* *δομογενεῖς*, *ἐπίθερα* pro *διέθερα* et id genus alia, in quibus vel nullum discrimen est vel adeo tenue ut et plurimorum animadversionem effugiat, et ab iis qui linguarum libertatem grammaticorum angustiis limitibus praeferunt negligatur? atque in hac diversitate vetustissimi codicis Cpolitani fidem secutus sum, nisi ubi manifesti errores ab eo recedere coegerunt: caetera quae aliquid momenti habere videbantur, nec tamen apparebat quid cui praeferendum esset, breviter annotavi, ut lectori suum iudicium in legendo aequae esset integrum ut mihi in convertendo meum. in hoc primo tomo duo tantum codices, Cpolititanus et Viennensis, usui mihi fuerunt: nam reliqui tres historiam Iudaicam non habebant. WOLFIIUS.

Initio codicis Parisiensis Regii 1715 (A) ab alia manu negligenter scripta leguntur haec. Ὡς μὲν, εἴπερ τις σὺν ἀκριβείᾳ σκοποῖτο, διδασκαλεῖον καθέστηκεν ἀρετῆς ἢ παρούσα βιβλος, αὐτόθεν καὶ ἀπ' αὐτῶν ἴστι πρόδηλον τῶν ἰμπερομένων ταύτῃ διηγημάτων· ἃ γὰρ φιλοτιμῶς διεξίεισι, τῶν ἐν βίᾳ ταῦτα πραγμάτων ἀψευδῆς παιδεία καὶ ὁδηγὸς πρὸς τὰ

κάλλιστα· ἀμφοτέρων γὰρ εἰκόνας, τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου, καθὼς περὶ τοὺς τῶν ἀπ' αἰῶνος βίους ἀνθρώπων ἐπέξεισιν· ὡς δὲ σπουδαῖος ὁ ταύτην συντεταγὼς ἦν καὶ ἔργων οὐκ ἤμιστα ἀρετῆς ἐπιμελούμενος, παριστᾷ μὲν καὶ τὸ ἔμφαινόμενον ἦθος τῇ κατ' αὐτὸν φιλοπονηθείσῃ συγγραφῇ, ἔστι δὲ καὶ ἐξ ὧν οὐκ ὀλίγων ὄντων ἑτέρων τῶν τοῦ ἀνδρός σπουδασμάτων οὐκ ἄδηλον, καὶ μάλιστα ὅτι πρὸς τὸν ἀγγελικὸν τοὺς κοσμικοὺς θεορῦθους ἀποσεισάμενος καὶ μονήρῃ βίῳ ἀπέδραμε, προφανέστερον. καὶ γὰρ, ἴν' ἐν ἐπιτομῇ τὰ ἐκείνου διέλωμαι, ἦν μὲν τῶν εὐπατριδῶν, ἦν δ' οὐκ ἀμάρτυρον τὴν τοῦ γένους ἔχων εὐδαιμονίαν ἀπὸ τῶν λόγων· τὴν γὰρ ἐκ τοῦ πλουτεῖν καὶ τὰ πρῶτα φέρειν ἐν βασιλείῳ αὐλαίς εὐδοξίαν σιγῶ. κράτιστος δὲ καὶ ἐπίδοξος ἀρετῇ καὶ λόγοις γενόμενος, καὶ δι' ἐκάστον τούτων εὐδοκίμησας, ὡς καὶ τιμῶν οὐ μετρίων πρὸς βασιλέως ἀξιοθῆναι καὶ παρρησίας οὐ μείον τῶν μέγιστα παρὰ βασιλεῖ δυναμένων προσκολληθῆναι, ἐπειδὴ τὸ περιστατούμενον ἔγνω τοῦ βίου καὶ ἄστατον, ὥσπερ κύβαν ἀναρρίψας τὰ ἐν τῷ βίῳ πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς προσεχώρησε στάδιον, οὐδὲν ἢ μικρὸν ἢ μείζον τῶν ἐνοηλούντων ἐπιφερόμενος. διὸ καὶ διὰ πασῶν τῶν τῆς κρείττονος διδοῦσας μοίρας δδῶν, ἐξ ἀπάντων καλῶν τὰ βελτίω καὶ κράτιστα συνέλεξατο. εἶτα καὶ τοῖς ἐξῆς καὶ μεθ' ἑαυτὸν ἀνθρώποις καταλιπεῖν ἀρετῆς εἰκόνα καὶ τῶν ἐν βίῳ πραγμάτων διδασκαλείον, ἐξ οὐπὲρ τὰς μετακλίσεις τε καὶ ἀντικυλίσεις ἔμελλον ἐκμανθάνειν καὶ ὅπως ὁ περιάγων κύκλος τῷ ἀνηρέμῳ τῆς βίης καὶ περιφορᾷ ἐναλλάττειν οἶδε καὶ περιάγειν, βουλόμενος, ἐνεσπούδασε πάντων τῇ ἱστορίᾳ, οὐκ ἄλλην ἢ ταύτην καλῶς ἐπικρίνας εἶναι τοῦ βίου διδάσκαλον καὶ ὑπόδειγμα τῶν ἐν κόσμῳ γίνεσθαι πεφυκότων.

Ὁ μὲν οὖν, ἄτε πρὸς ἄκρον παιδείας καὶ ἀρετῆς ἀνελθλακῶς, διὰ τὰδε τὰς ἐν τῇ βίβλῳ σπουδάσας ἐντέταχτῃ τῆς τῶν βίων ὑποτυπώσεις, ἐκάστης δ' ἀξίας καὶ τάξεως ὡς ἐν πίνακι τὰς εἰκόνας αὐτῇ ἐνετάξατο· δεῖ δὲ τοὺς αὐτῇ ἐντυγχάνοντας τῆς τε ὅλης φιλανθρωπίας τὸν ἄνδρ' ἑταινεῖν καὶ ὡς ὁδηγὸν τῶν καλλίστων τρόπων καὶ παιδευτὴν ἐπιτηδευμάτων χρηστῶν τοῦ καθήκοντος μὴ ἀποστρεφῆν ἐπαινοῦ. εἰ δὲ καὶ τῆς ἀπάσης αὐτὸν οἰκονομίας θαυμάζειν τῆς ἐν τοῖς λόγοις ἐθέλει τις, οὐδ' ἐν τούτῳ τοῦ κρείττονος ἀμαρτάνοι· λέγω δὲ πρὸς αὐτὰ τὰ τῇ ἱστορίᾳ καθήκοντα ἀποβλέπων. σαφηνείας μὲν γὰρ, ἐπειδὴ τὸ σαφές τοῖς ἱστορικοῖς ἀναίται καὶ μὴ ἐπίδειξιν ἄκαρπον τῆς ἐν λόγοις δυνάμεως ποιουμένοις, τοσοῦτον πεφρόντικον ὅσον ὁ λόγος ἀπῆται τῆς προκαιμένης αὐτῷ διηγήσεως. διαίτη γὰρ ῥητορικῇ τοῦ ὑπέλου τε καὶ συντόνου μέσον βαδίσαι. διο καὶ ἰδέησε τούτῳ σεμνότητος καὶ δι' ὧν κατορθοῦται τὸ βέλτεστον εἶδος ἐν λόγοις καὶ ἱστορίαις, ἰδέησε δὲ συντομίας τὸ οἶον δυσκίνητον ἢ νωθρὸν τῶν διηγημάτων διεγειροῦσης καὶ οἶον ἐκίνητον τῇ διακοπῇ ποιούσης, κάλλους δὲ καὶ γλυκύτητος

ὅσον ἕμελλε μὴ διακορεῖς τοὺς ἀκούοντας διαθεῖναι τῷ πᾶν τραγῆ καὶ δυσήγῳ τῆς ἐρμηνείας καὶ ὅλον σκληρῶ. ἀλλὰ μὴ οὐδ' ἐπιεικείας ὅπόσον ἀκίνδυνον ἦν διαπάρευσγε. τὸ δ' ἐπιλάμπρον ἐφ' ἅπασιν τοῖς σιμνοῖς τῶν διηγημάτων ἠδῆσαν τὴν ὀμίλιαν τῆς ἱστορίας ποιεῖ τῷ ἀνδρὶ. Θαυμάσιαι δ' ἂν τις αὐτοῦ καὶ τὸ καθαρὸν τῆς ἐρμηνείας καὶ ὅλον ἀκμαῖον καὶ σύντομον πᾶν τοῖς σχήμασι διαλλάττον. τὸ δὲ τῆς λέξεως ἀνθηρόν καὶ ποικίλως μεταποιούμενον οὐ μικρᾶς τινοσ ἀξίον εὐφημίας. εἰ δὲ μὴ χαίρει τραχίαις τε καὶ πεπονημέναις προστίθεσθαι λέξεσιν, ἐξ ὧν τὸ δυσεπιχειρητόν καὶ μικρὸν καὶ στρυφνὸν ἀναφαίνεται τῷ λόγῳ, οὐ θαυμάζειν εἰκός· οὐ γὰρ λόγων ἐπίδειξιν ἀλλὰ βίον προτύπωσιν ἐνεγκεῖν ἤραϊτο. διὸ καὶ τοῖς μὲν ὅσοι μὴ βίον αἰρουνται ἐνθιμίζεον τὸν ἑαυτῶν πρὸς τὸ βέλτιον, ἀλλὰ λόγων ἀσκειν τὴν ἐπίδειξιν, ἀτιροπῆς εἰς ἀκρόασιν φαῖνοιτ' ἂν. κτῆμα δὲ τίμιον ὅσοι τὸν ὀρθὸν βίον τοῦ διεστραμμένου λόγου προκρίνουσιν.

Ἄλλα τὴν μὲν ἰδέαν, ὡς ἐν βραγῆι παρεθέμην, τοῦ λόγου τοιοῦτος ἐκείνος ἦν, ἱστορεῖ δὲ τόπους ἅμα καὶ πράγματα προσώπων τε καὶ ἡθῶν διαθέσεις ὡς ὁ ἐκάστου τῶν ἀναγεγραμμένων ὑποβάλλει τρόπος· ἀλλ' οὐδὲ ποταμῶν οὐδὲ πελαγῶν παρεῖται τὰς ἐξηγήσεις, νῆσους τε καὶ ἀκτίλους ἀφηγεῖται πόλεις· πολέμων δὲ καὶ ἐμπλοκάς καὶ ναυμαχιῶν, οἷς ἀξιόλογόν τε καὶ πρέπον παραδοθῆναι γραφῇ διεγένετο, κάλλιστα μέτεισιν, οὐ τὰς τάξεις μόνον ὡς ἐκατέρωθεν παρετάξαντο μετιῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπόσα πρὸ τῆς συγκρούσεως καὶ τοῦ ἔργου συμβέβηκε. διαιρεῖ δὲ τὴν τῆς ὅλης αὐτοῦ μεταχειρήσιν πραγματείας εἰς τε τὰ Ἰουδαϊκά, τὰ τῆς Περσικῆς καὶ τῶν Μήδων ἡγεμονίας, καὶ ὡς γε προεχώρησε τὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων καὶ εἰλε τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν, καὶ ὡς ἡ Ῥωμαίων ἐπιστασία τὸ τελευταῖον εἰς μοναρχίαν ἀνεληλάκει. ἥς ἀρχεται μὲν ἐξ Ἀδάμ καὶ τῆς πρώτης τοῦ γένους ἡμῶν διαρτίας τε καὶ συμπήξεως, κάτεισε δὲ διὰ τῶν ἐν μέσῳ, καὶ ἐς Ἀλέξιον καταλήγει τὸν Κομνηνὸν τὰ καθ' ἕκαστα διερχόμενος. οὐ βασιλέων δὲ μόνον οὐδὲ τῶν ἄλλως τυραννικῶς ἐλομένων *) πράξεις ἐκτίθησιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχιδυτῶν ἱστορεῖ τοὺς καθ' ἕκαστα καὶ κατὰ καιροὺς ἐπὶ τῶν οὐρανῶν τῆς ἱερᾶς ἀναβῆναι καθίδρας ἀξιοθένας· ὧν καὶ εἰ τί που παρὰ τὴν τῶν νομῶν ἀξίωσιν ἐξειδικαιτήθη, καλῶς ποιῶν οὐδὲ τοῦτο παρήσει.

Πάντα οὖν ταῦτα τῇ προκειμένῃ βίβλῳ σπουδαίας ἐνέταξε, πρὸς τῶν κατὰ μέρος συγγραφευμένων ἀπολεξάμενος ἕκαστα. ἐκ μὲν γὰρ Μωυσέως καὶ Ἰωσήπου τὰ τῶν Ἰουδαίων, ἐξ Ἡροδότου δὲ τὰ τῶν Περσῶν, καὶ ἐξ ἄλλων ἄλλα συνεφορεῖτο, καὶ μίαν ἐκ διαφόρων συντέταχεν ἱστορίας βίβλον, τὰ κράτιστα ἡρημένους. καθάπερ οὖν οἱ ἱεράφοι καὶ οὗτος τῶν ἀναγεγραμμένων ἀπολαβῶν τὰ τῷ βίῳ λυσιτελῆ συνεκράσεν ἄριστα καὶ

*) adde ἐρχάς: nisi τυραννίδας legendum.

εικόνα παντοδαπού το ζωόν και πολυμόρφου καθαπερεί συνεστή-
σατο τοῦ ἐν κόσμῳ βίου, ὡς ἂν ἔχοιεν ἕκαστος ἀφορῶν εἰς αὐ-
τὴν ἀπευθύνεσθαι, καὶ τὸ μὲν σπουδαῖον αἰρεῖσθαι φιλεῖν καὶ
διὰ μιμήσεως κατορθοῦν σπουδάζειν τὰ ἐπαινούμενα, τὸ δὲ
φραῦλον μισεῖν καὶ ἐκτροπιάζεσθαι.

Τοιοῦτος μὲν ὁ τῆς ἱστορίας σκοπός, καὶ διὰ τὰς συγ-
γράφειν καὶ ἱστορεῖν τὰ γεγενημένα προεἶλετο. οὐ γὰρ οἶμαί τινα
δι' ἑτέραν αἰτίαν ἢ τὴν οὐχὶ ῥαδίως εὐρισκομένην αἰρεσιν τοῦ
συμφόρου ταῦτα συνενεχθῆναι. διὸ καὶ προσήκει τὸ χρήσιμον
κατειδόμενος τῆς ἱστορίας ἐπισπουδάσειν αὐτῇ καὶ τῶν πράξεων
ἠγεμόνα ποιῆσθαι τῶν ἡμετέρων, ὁμοίως συμβάλλοντας ὅμοια
τοῖς προγεγονόσις ἔργα, καὶ ὥσπερ οἱ τὰς μορφὰς καὶ τὰ χρώ-
ματα μετιόντες πρὸς τὰ ἀρχετύπα τῶν πραγμάτων ὁρῶντας ἐπὶ
τὰς ἐμφερεῖς ἐργασίας τε καὶ μεταχειρίσεις ὁρῶν. οὐ γὰρ ἔστιν
ἄλλως καταστοχῆσαι τοῦ λυσαιτελοῦς, οὐδὲ οὐ στοχαζόμεθα κρᾶτ-
τοντες τοῦ βελτίστου τέλους, μὴ πρὸς ἐκεῖνα ὁρῶντες καὶ ὡς τῶν
πράξεων ἀπευθύνεσθαι τούτοις τῶν ἰσομένων εἰκόσι σπουδα-
ζοντες. ἴδιοι δὲ ἂν τις τὸ χρήσιμον οὐ φημι, εἰ τὴν εὐβουλίαν
ὅπῃσα εἰς κατορθώσεις πραγμάτων συντίθει μὴ παραιτήσασθαι
διαγνώσκειν. εἰ γὰρ αἰτίαν ταύτην τῶν πράξεων οὐσαν οὐκ
ἀγνοήσει, οὐκ ἂν ἀντιλέγοι μὴ τῆς τῶν ἀνωθεν γενομένων
πειρας τὴν εὐβουλίαν συνίστασθαι. οὐκοῦν χρήσιμον, μᾶλλον
δὲ ἀναγκαῖον, εἰ μᾶλλον τις μὴ τοῦ κρείττονος λόγου ἀμαρτη-
σασθαι, μετιέναι τὰς ἱστορίας. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ παλινκρινίαν
ἔξει, καὶ διαφόρων γνώμῃ πραγμάτων ἐπιχειρήσεις, καὶ γνώνας
μὲν τὰ παρεφρημένα τῶν ἔργων δυνήσεται, στοχασάσθαι δὲ τὰ
ἀσόμενα. Θηρεῦται γὰρ ἐκ τῶν παρελθόντων τὰ μέλλοντα. ἴδιοι
δὲ τὸ διάφορον ἀρετῆς καὶ κακίας αὐταῖς, καὶ ὡς ἔχουσι πρὸς
ἀλλήλας, καὶ ἂ μὲν ἢ πρὸς βασιλικὰς ἀναχθέντες ἀξίας καὶ
ἔξουσίας ἢ πρὸς στρατηγικὰς δυναστείας κατώρθωσαν οἱ μετ'
ἀρετῆς, ἐπαινούμενα, ὅσα δὲ τῇ κακίᾳ προσκειμένοι, διαθού-
μενα καὶ μισοῦμενα. τὸ γὰρ ὅλον εἰπεῖν, ἀρετῆς καὶ κακίας ἢ
βίβλος ἢδε διδασκαλεῖον, μᾶλλον δὲ στήλη τὰ ἐκατέρω προσόντα
παραδεικνύσα. εἰ δὲ καὶ πρακτικῆς ἐπιστήμην δυνάμειος θεωρία
συνούσαν ἀποκαλοῖη τις, οὐ τοῦ δέοντος ἴαν διαπεσείται. καὶ
γὰρ ἔστι ταύτῃ μαθεῖν θεωρίαν τῇ πράξει συγκαταμμένην καὶ
μειγμένην, εἰς ἃ πᾶς ὁ βίος ἡμῶν ἀναστίνεται καὶ δι' ὧν
κατορθοῦνται τὰ κρᾶτιστα. οὔτε δὲ θεωρίας ἢ πράξις διαζευχθεῖσα
τῶν καθηκόντων τε διαπραξάται ἂν, οὔθ' ἢ σύζυγος θεωρία
τῆς πράξεως. ἐκατέρωσιν οὖν ἐντανθοῖ τὸ κέρδος οὐκ ἀδελόν.
παντὶ δὲ βίῳ καὶ ἀξίᾳ πάσῃ πρὸς πᾶν ἐπιτήδευμα χρήσιμον τὸ
εἰδέναι τὰ ἐν αὐτῇ. ἰδιώτῃ μὲν γὰρ εἰσηγείται τὰ κρᾶτιστα
ἰδιώτῃ, καὶ στρατηγῷ τὰ τῆς στρατηγίας, παραινεῖ δὲ μὴ πρὸς
ἡδονὰς ἐκκλίνειν τοὺς βασιλέας μηδὲ τῶν νόμων ἔχειν ὑπεροψίαν,
πάντα δὲ κατὰ τὴν ἐκείνων εἰσήγησιν ἐνεργεῖν, τῶν κοινῶν μὲν
ὡς γὰ βέλτεστα ἔξουσι πρόνοιαν ποιοιμένους, τῶν δὲ οὐκίωον

ὑπερορᾶν τὴν μετὰ ῥαστώνης γίνεσθαι εὐθεσίαν ὑπεροφίαν, εὐμενεῖς τε εἶναι καὶ ὑπηκόοις ἡδέως προσφερομένους, πόνων τε μὴ ὀλιγοῦσιν μηδὲ ἡδοναῖς δουλεύειν, ἀλλὰ πονεῖν καὶ διαγρῦναι ταῖς ἀρίστοις τῶν πράξεων ἐνεργείαις, καὶ βουλευέσθαι μὲν ὑπὲρ ὧν χρεῖα, πράττειν δὲ τὰ βεβουλευμένα (ἔστωτα γάρ, ἔφη τις τῶν ἀρίστων εἰς βασιλέας, προσήκει θνήσκειν τὸν ἡγεμόνα καὶ βασιλέα, διδάσκων ὡς χρῆ διὰ βίον πονεῖν καὶ ταῖς τῶν κοινῶν διοικήσεων ἐργασίαις τὸν βίον συγκαταλήγειν), εἶναι δὲ καὶ χρήματων ὑπερόπτας καὶ μὴ βαρύνειν ταῖς ἀπαιτήσεις τὸ ὑπήκοον μηδ' ἄνους τίθεσθαι τὰς ἀρχὰς μηδὲ τὰ κοινὰ πιστεύειν οἷς οὐχ ὁ τρόπος χρηστός καὶ ὅσοις οὐκ ἄμεικτος, πάντα δὲ πράττειν ὀρθῶντας ἐπὶ τὸ κοινῇ συμφέρον. ἀλλὰ κρατοῦσι μὲν ταῦτα, ἀρχιερεῦσι δὲ τῶν ὀρθῶν περὶ πίστεως ὀρων ἀντέχεσθαι καὶ τοῦ χριστιανύμου περικοιμισθαι λαοῦ, καθὼς τε καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τὰ βέλτεστα καὶ νενομισμένα ποιεῖν ὑποτίθεται, ὧν ἡ ἀρίστη γίνεται πολιτεία καὶ κατορθοῦται τὰ ἐν ταῖς πόλεσι διοικούμενα.

Τοιαύτη μὲν τῶν πρακτικῶν ἢ βίβλος διδάσκαλος, ἔστι δὲ καὶ πρὸς ἐμπειρίαν πραγμάτων ἐπιτηδεῖα. οὐκοῦν, ὃ καὶ τοῦ λόγου εἶπον ἀρχομένου καὶ ἐν μέσῳ τούτου γινόμενος ἐξεθέμην, διδασκαλεῖον καθίστηεν ἢ παροῦσα βίβλος τῆς κρείττονος ἕξως-φιλοπονώτερον οὐν μετιτέον ταύτην. εἰ γὰρ τις ἐπὶ παίραν ἰόντος ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ διηγουμένου τὰ κατ' ἐπίνοιαν ἀκούειν καλὸν καὶ ὀνήσιμον τοῖς ἀκούουσι, πῶς οὐ τῶν πάντων λυσιστελέστερον ἐντυγχάνειν τῇ παρουσίᾳ βίβλου, μὴ περιέργως μηδ' ἀναιμῶς ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ἅμα δὲ καὶ τῶν φαύλων τοὺς βίους διεξιούσῃ. δεῖ γὰρ καὶ τῶν φαύλων ἔχειν τὴν ἱστορίαν, ἵνα τῇ παραθέσει τῶν βελτιῶν τὸ βλαβερὸν αὐτῶν διδασκόμενοι ἀκριβέστερον ἀποκρούοιμεν. οὕτω γὰρ καὶ οἱ κάλαιοι τοὺς ἑαυτῶν πρὸς τὰ κρείττα παιδᾶς σπουδάζοντες προβιβάζειν ἐνυγχανον, ὡς ἂν ἐκ τῶν ἐναντιῶν φαύλων τὰ κρείττω καὶ κάλλιστα ἐκδιδάσκοντο. ἀλλ' ἢ μὲν βίβλος τοιαύτη καὶ οὕτως ὀνήσιμος, ἄξιός δ' ὁ μισθὸς τῷ συντεταχότῳ ταύτην τοῦ ἔργου θεοθεν ἀπομετρηθεῖη, καὶ ὅς τοῖς περὶ τὰ κάλλιστα σπεύδουσιν ἐποφείλεται.

p. 4 v. 7. οὐκ οἰκοθεν ὀρμήθην πρὸς τὸ ἐγγεῖρημα] similiter in commentariis quos in canones apostolorum et conciliorum composuit p. 2 ed. Paris. 1618 μὴ τις δὲ μου καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀπ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγγεῖρω, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπέκνυα καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἑμαυτὸν, ἵνα μὴ δεῖ ἀνηκολᾶν κατακριθῶ.

p. 5 v. 12. γνωμολογεῖν τε καὶ ἡθικεύεσθαι] moralizare, P 5 verbo Latino-barbaro, scriptores aevi inferioris aliquot utuntur. Duc.

p. 7 v. 20. ἡρεμοῦντι γὰρ τῷ νοῦ] anonymus monachus Ratisponensis de suis tentationibus, nuper editus a viro doctis-

simo I. Mabillonio t. IV Analectorum "ideoque in tanta molestia tentationis, quae eo magis imminabat, quo maior sospitas corporalis inerat, omnimodo tractare coepi, quali studio qualique labore corpus spiritui subiicerem, nam ea quae communiter cum caeteris fratribus in coenobio agere docebar, sed et illa quae speciali devotione scribendo aut legendo seu etiam ieiunando sponte subii, non satis affligere corpus videbantur. cumque diu tractarem, quo potissimum studio memet in tantis periculis constitutum aptissime iugiterque constringerem, occurrit animo ut in dictamine me occuparem aliquo: quod et saepe expertus sum mentem lascivam cuiuslibet scholastici instructi in nullo posse magis constringi quam studio dictandi." Duc.

p. 13 v. 5. εἰ καὶ μὴ πάντα, ἐνδεία βιβλίων] progressus enim usque ad Carthagini et Corinthi excidium, abrupta historia, Gn. Pompeii Magni res gestas statim orditur, historia aunorum circiter 60 praetermissa. W.

p. 14 v. 13. Κωνσταντῖος ὁ Χλωρός] hunc Κώνσταντα alibi appellat, quomodo etiam scriptores aliquot, ut suo loco observamus. Duc.

p. 16 v. 10. ταξίαρχος] *centuriones* vertit interpres, quae vis est vocis ταξίαρχος apud Tacticos: melius *caelestis militiae principes* seu *duces*: nam ἀρχιστρατηγὸι passim indignantur SS Michael et Gabriel apud Graecos. vide Gloss. med. Graecit. in ταξίαρχος. Duc.

p. 18 v. 4. Ἀπειτῆ Γενέσει] quam unica voce Ἀπειτογένεσιν alii vocant; de qua pluribus egit vir doctissimus I. B. Cotelerius ad lib. 6 Constit. Apostol. c. 16. Duc.

P 6 p. 19 v. 14. τῇ πέμπτῃ δ' αὐθις τῶν ἡμερῶν] Cpolitanus codex [C] mutilus est hoc loco: sic enim in eo legitur κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἡμέραν τὰ μὲν ὕδατα πᾶν γένος πτηνῶν προήγαγον, ἢ γῆ ψυχὴν ζῶσαν, τετράποδα ζῶα τὸ θεῖον ἐξήκτο σύμπαντα πρόσταγμα. W.

p. 21 v. 14. ἢ καθένος γῆ] pro ἢ καθαρὰ καὶ ἀμυγῆς dictam putat Wolfius: malim *quod nondum aratro proscissa esset*. Duc.

p. 24 v. 14. ἐπενόησε καὶ πρῶτος ὄρους ἐπήξατο] alter codex hoc loco mutilus haec duntaxat habet ἐπενόησε. τοῦτω γεννᾶται παῖς ἐνώσ. ἐξ οὗ γαῖδάδ, ἀφ' οὗ μαλελεῖλ. τῷ δὲ μαθουσάλα τίκτεται λαμῆχ υἱός. οὔτος etc. W.

p. 30 v. 6. ἀλλ' ὁ θεὸς τὰς τούτων βουλὰς [sic enim legebatur] οὔτω δὲ μεμνηότας αὐτοὺς ὄρων ὁ θεός, ἐτρογλώσσους εἰργάσατο. et paulo post ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὸν πύργον φηκοδόμουν. W.

p. 40 v. 3. θεόκριτον εἴποιεν] haec latine satis commode reddi non possunt, sive *divinum iudicium* aut *iudicem*, sive *divinitus iudicatum* dicas, εὐμηγάνητος passivae significationis

esse potius videtur: quare *arte quaesitum* vertere malui quam *astutum* aut *artificiosum*. ita etiam μακαριστής beatorem, si dicere liceat, quam beatum potius significat: prosperum ego verti. W.

p. 47 v. 22. Φουδομάνηγον reposuimus ex Iosepho lib. 1 c. 19. Wolfius perperam ediderat τοθομάνηγον. duo codd. Regii et Colberteus φοθομάνηγον praeferunt, sed ut Iosephus, ita et Philo Iudaeus in lib. de Mutat. nomin. hanc vocem sic effert, cuius significationem ita declarat in lib. de Iosepho μετονομάζει δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὄνειροκριτικῆς ἐγκωριῶ γλώττῃ προσαγορεύσας. paulo aliter hanc effert auctor Chronici Alexandrini, quo loco scribit Mosem, haud secus ac Iosephum, eodem nomine fuisse ab Aegyptiis appellatum, quod futura praedixerit, τὸν Μωυσῆν μετὰ τὸ ἐπαγαγεῖν αὐτὸν τὰς πληγὰς οὗ Αἰγύπτιοι φομδομωραχῆ [Φομ-Θομ-Φαν-Χθῆ ed. Bonn. p. 141] προσηγόρευσαν, ὃ ἐρμηνεύεται, ὃ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον. Duc.

p. 53 v. 12. βασίλισσα] ita Thermuthim, regis filiam, reginam vocat Iosephus lib. 2 c. 5 [c. 9 § 5]; unde sua hausit P 7 Zonaras. scribit Suidas ex Aristotele, apud Cyprios regum filios ἄνακτας, ut filias ἀνάσσας appellatas. vide Gloss. med. Lat. in Regina. Duc.

p. 57 v. 23. παρ' Ἑλλήσιν Ἀπρίλλιος] immo apud Latinos, seu ut habet S. Maximus in Computo Ecclesiastico parte 1 c. 13 κατὰ Ῥωμαίους. sed hic ut et alibi non semel Ἑλλήνας vocat Zonaras quos alii Romanos, contra quam Eunapius in Chrysanthio p. 189. Duc.

p. 58 v. 11. Ἐανθικοῦ πέμπτη καὶ δεκάτη κατὰ σελήνην] Xanthici seu Aprilis decimo quinto secundum Ianam. ambiguum est utrum sub ortum lunae an mense lunari, inquit Wolfius. Duc. illud ineptum. latina corrigere oportebat.

p. 65 v. 14. ἐν τῷ τῆς σκηνῆς αἰθρῶ] in ea tabernaculi parte quae patet, vel sub dio iuxta tabernaculum. W.

p. 66 v. 15. ποιότητα] ita Reg. et Colberteus. Duc.

p. 82 v. 5. ἡ ἀριστοκρατία] ὁ τριετοκράτης [ita enim codex C] magistratus ad triennium praeesse solitus. ἡ ἀριστοκρατία rectius in Viennensi codice (et in Reg. et Colb. Duc.) legitur. W.

p. 87 v. 11. εἰς τὸ] ita Colberteus: alter πρὸς τὸ. Duc.

p. 114 v. 5. Ἀχιμέλεχ] Biblia Ἀχιμέλεχ legunt. W.

p. 114 v. 14. Ἀγχοῦς] hic in Biblii Achis dicitur. W.

p. 115 v. 7. παρεστηκώς τότε αὐτῷ] ambiguum utrum sacerdoti an Davidi an Sauli. W.

p. 138 v. 2. τοῦ Ἰεσοθῆ] [PW Μεμφιβοσθῆ] φεισάμνους] legendum Μεμφιβοσθῆ, auctoritate Bibliorum. W.

p. 139 v. 20. πεντηκοντῶν χιλιάδων ἀνδρῶν] Biblia habent πεντήκοντα, pro 500 tantum 50. W.

p. 142 v. 9. τὸν Ἀμυσίαν] ita mss Reg. et Colb. Duc.

p. 142 v. 20. καὶ εἰ τινι δὲ λίθος ἦν τῶν τιμίων, ἐόμισεν ἕκαστος καὶ παρέδωκεν εἰς τοὺς θεσαυρούς] haec eiusmodi [] notis interclusi, ait Wolfius, cum ad institutum minime pertineant. quod etsi verum sit, habentur tamen in mss Reg. et Colberte. Duc. ex Iosephi Antiquit. 7 14 10.

p. 145 v. 22. καὶ ταύτην τὴν Θεραπειαν] quae quidem ex Iosephi lib. 8 c. 2 hic narrat Zonaras de Salomonis excantationibus daemonum, occasionem praebuit quibusdam recentioribus Graeculis libellum nugicanoricrepum, uti appellatur a Gaulmino in notis ad Psellum de Operatione daemon. p. 113, confingendi hoc titulo Διαθήκη Σολομώντος υἱοῦ Δαβὶδ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ καὶ ἐκράτησεν καὶ ὑπέταξε πάντων αἰσίων καὶ καταχθονίων πνευμάτων, δι' ὧν καὶ πάντα τὰ ἔργα τοῦ ναοῦ τὰ ὑπερβάλλοντα πεποιήκεν· καὶ τίνες αἱ ἐξουσίαι αὐτῶν κατὰ ἀνθρώπων, καὶ παρὰ πόλιαν ἀγγέλων εἶδος οἱ δαίμονες καταρροῦνται. legimus apographum ex Bibl. Thnanea. Duc. cf. I. A. Fabricii Cod. pseudepigr. Vet. Test. I 1047 ed. 2.

P 8 p. 150 v. 23. Βασιλειῶν] ita libros *Regnorum*, quos alii *Regum*, hic et alibi non semel vocat Zonaras, quomodo etiam plerosque ex Patribus Latinis appellasse notavimus in *Gloss. med. Lat.* Duc.

p. 154 v. 17. εἰ δὲ τὸ τὴν ἀνίστην] carpit hoc loco Zonaras Simoniacos suae aetatis apud Graecos mores, cuiusmodi fuisse ea ipsamet tempestate apud Latinos observamus in nova appendice ad *Glossarium med. Lat.* in v. *Præbenda.* Duc.

p. 174 v. 18. ἀλλασσομένας στολάς] vetus *Bibliorum* translatio *decem mutatoria vestimentorum*. Castalio *lautiores vestes* convertit: quem ego auctorem secutus sum. vide *Gloss. med. Lat.* in *Mutatorium*, et *Gloss. med. Graecit.* in *ἀλλασσοειν.* Duc.

p. 186 v. 14. σωτηρίαν εὗρατο καὶ ἀνακατήν τῶν δεινῶν] ἐξηγητικῶς τὸ ἀνακατήν adiciatur. *salutem consecutus est et malorum inducias*, id est periculum in praesentia evitavit, quanquam quod differebatur, non auferebatur. W.

p. 187 v. 2. καὶ ἔνυχα ταφῆς] illius corpus translatum Alexandriam Leone M. imperante, et in ecclesia S. Pauli Leprosi depositum. chronicon ms Georgii Hamartoli in Leone M. καὶ τὸ τοῦ προφήτου Ἐλισσαίου εἶμα μετετίθη ἐν Ἀλεξανδρίᾳ ἐν τῇ μονῇ τοῦ Παύλου τοῦ Λεπροῦ· λεπρὸν γὰρ ἴασατο, λεπρὸν ἐποίησε, καὶ εἰς τὰ τοῦ Λεπροῦ ἐτέθη. Duc.

p. 206 v. 6. τῷ δὲ προφήτῃ ... προστρέπετο] malim τὸν δὲ προφήτην. etsi enim aliquot insolentiores constructiones et phrases in hoc auctore reperiuntur, eas tamen haud scio an librariis sint imputandae. W.

p. 222 v. 19. τὸ ἴσον τοῖς ἀπαικίοις γενήσεσθαι] verte- P 9
ram principio *aequitatis erga subditos observationem*: nam τὸ
ἴσον saepe τὸ δίκαιον καὶ ἐπιεικὲς καὶ ἀδίκαστον significat.
sed quia de eversione regni agitur, reposui *id subditis par fore,*
nullam potestatis praerogativam habiturum. W.

p. 223 v. 12. σκάρφουσις Persis usitatum supplicium,
illudque prae caeteris acerbissimum ac atrocissimum, ut testa-
tur Eunapius in Maximo p. 105 μικρὰ γὰρ (ἢ συμφορὰ) καὶ
ἢ Περσῶν λεγομένη σκάρφουσις, nam *scaphismus, supplicium*
Persis usitatum, prae tormentis huic allatis parvum fuerit.
hinc σκαρφεύειν apud Ctesiam in Persicis p. 11, ubi de Aspa-
mitra qui Xerxem et Dariacum interfecerat, et apud Plutar-
chum in Artaxerxe, a quo hausit Zonaras quae habet de
huiusce supplicii Persici descriptione, tametsi verbis aliquan-
tum immutatis, ubi de Mithridate qui Cyrum se interfecisse
gloriabatur. vide praeterea Baron. ad Martyrol. 28 Iulii, et
Antonium Gallonium de Cruciatibus Martyrum p. 12. Duc.

p. 225 v. 8. τὸ δ' ἐν μέρει στῆναι] ἐν μέρει alias *per*
vices, vicissim, alternis significat; sed hic aliter esse verten-
dum sententia docet. W.

p. 225 v. 23. καὶ ἐξουσίαν λέγει δοθῆναι αὐτῷ] λέγει,
scilicet ὁ προφήτης αὐτῷ, τῷ θηρίῳ. nec enim intelligendum
Ἵτι τὸ θηρίον λέγει ἑαυτῷ δοθῆναι ἐξουσίαν, *potestatem sibi*
esse datam: nam in Daniele hoc tantum legitur, *eique datum*
est imperium. W.

p. 227 v. 15. τὰς βίβλους τοῦ Ῥωμαίου Διωνοῦ] Dionem
Cassium Nicaeum intelligit, qui Romanorum historiam con-
scripsit, et quem Zonaras integrum, non ut hodie exstat ma-
xima sui parte mutilum, vidit et saepe exscribit. Duc.

p. 229 v. 3. ποταμὸς πυρὸς εἴλεεν ἐκπορευόμενος ἔμ-
προσθεν αὐτοῦ] εἴλεεν poni videtur ἀντὶ τοῦ εἰλεῖτο vel ἐκύ-
μαινε, *volvabatur vel undabat.* W.

p. 230 v. 21. τὸ ὑψηλότερον ἀνέβαινε ἐπ' ἰσχύτου] *altius*
surgebat posterius. propter coactam Zonarae interpre-
tationem visionis istius coactus sum vertere τὸ ἐπ' ἰσχύτου
ad extremum. W.

p. 240 v. 7. τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομησαί] sic
in LXX interpretibus legitur. sed vetus translatio habet tantum
ab exitu sermonis ut iterum aedificetur Hierusalem. Castalio
convertit *ab edito mandato de reditu et de instauranda Hiero-*
solyma. sed si ἀποκριθῆναι recte legitur, poni videtur pro
χωρηθῆναι τοὺς Ἰουδαίους τῶν ἀλλοφύλων, dum Iudaei a bar-
baris separantur. quanquam nihil vetat quo minus accipiatur
de responso a regibus Persarum dando. W.

p. 261 v. 10. ἦν αὐτοῖς ἀγορὰ] ex Xenophonte lib. 1. P 10
vide Brissonium de Regno Persar. lib. 2 p. 240. Duc.

p. 288 v. 7. καὶ παριῶν τὰς τάξεις] malim περιῶν vel ἐπιῶν. W.

p. 298 v. 18. προπομπήν] supra [p. 296 v. 10] εἶτα τοὺς μάγους καλέσας, ὡς δορυαλώτου τῆς πόλεως οὔσης ἀκροθίνια τοῖς θεοῖς ἐκέλευσεν ἐξελεῖν. locus paulo intricatior est. ποιήσασθαι προπομπήν εἰς τὰ τεμένη est *ire supplicatum ad pulvinaria deorum*. sed τὰ τοῖς θεοῖς ἐξηρημένα τεμένη videntur esse fana de manubiis constructa: nisi forte non aedificia sed luci diis consecrati intelligantur. W.

p. 298 v. 22. οὔτε ὄρφνινων οὔτε καρυκίνων [sic enim W] ἐματίων] ms cod. καρυκίνων, atque ita reposuimus. ὄρφνινον esse colorem nigricantem, qualis sit combustae purpurae, Ioach. Camerarius ex Platone in Timaeo annotat. Philelphus in Xenophonte *ferrugineum* vertit. Pollux τὰ μέλανα ἐμάτια dicta fuisse ὄρφνινα tradit: unde Hesychio ὄρφνιον et ὄρφνίς, μέλαν ἐμάτιον exponitur. de carycino colore agimus in Gloss. med. Graecit. Duc.

p. 313 v. 13. μυριάδες τετρακόσσιαι] ita cod. ms. Duc. quater millies mille, sexcenties mille, vicies octies mille, immensus hic est numerus et fortasse falsus, ex imperitia scriptoris atque oscitantia, qui pro μ 40 posuit υ 400, et pro χιλιάδες μυριάδες. apud Iosephum quidem lib. Antiquit. 11 P 11 tantundem legitur: sed Esdrae lib. 3 c. 5 ex conversione Castalionis numerantur 40000 Israelitarum: quibus cum servi ancillae cantores psaltriae adduntur, fiunt 49952. vetus translatio numerat Israelitas 42340, servos et ancillas 7337, cantores et cantatrices 265: qui faciunt 49942. W.

p. 313 v. 18. πεχρισμένοι] ita cod. ms. Duc.

p. 316 v. 11. ἐκπάρχους] ita cod. ms. Duc.

p. 317 v. 5. ὠνομασμένος τῷ θεῷ] *nominatum deo pro dedicatum*, ἀφιερωμένος, καθωσιωμένος. W.

p. 324 v. 12. τῶν ἰδίων πράξεων τὰ ὑπομνήματα] vide Gloss. med. Graecit. in ἀναμνήσεις. Duc.

p. 331 v. 3. Βουκεφάλα] βουκεφάλου W. quem alii Βουκέφαλον vocant. Constantinus Manasses p. 170 [versu 1786] ex codd. Allatiano et Reg. p. 146 et 170

καθάπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἵππος ὁ Βουκεφάλας.

ita etiam appellatur ab Eustathio Iliad. β p. 309 et aliis. Duc.

p. 331 v. 12. παρακαλίπσας] vide Gloss. med. Graecit. in κάλιπη. Duc.

p. 333 v. 14. εἰς τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ στρατείᾳ] ita habent mss: at Wolfius legendum putabat ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, haecque subdit "auctor noster non adeo barbarus est, sed est multis in locis depravatus, ut me collatio codicum docuit." Duc.

p. 337 v. 1. τὸν Ὅμηρον] vide Eustathium in Iliad. β p. 239. Duc.

p. 337 v. 19. Ἑλληνι φωνῇ] ita mss cod. Wolfius Ἑλληνίδι mavult, ut infra legitur lib. 4 n. 16, ubi etiam Ἑλλάδα διάλεκτον dixit. observat Eustathius Iliad. ω Atticos et Dorienses τοῖς κυριωτέροις uti solitos ἀντι κτητικῶν, ὡς φασιν οἱ παλαιοί, οἷον Ἑλλῆνα στρατὸν τὸν ἑλληνικόν, ἄνθρωπον ἦθος ἀντι τοῦ ἀνθρώπινον, ἑλλάδα διάλεκτον, δοῦλον γένος etc. Duc.

p. 338 v. 9. ἐκτός Εὐφράτου [sic enim codex C] Viennensis habet ἐντός, ut referatur ad Macedoniae situm et ad Alexandrum. sequitur non ita multo post τὴν ἐντός Εὐφράτου χώραν παραλαβῶν ὁ Ἀλέξανδρος. si ἐκτός legitur, referatur ad Darium et Persiae situm. W. Regii et Colberteus ἐντός habent. Duc.

p. 346 v. 14. τριάκοντα πρὸς δυσί] Arrianus in lib. rer. Indicar. scribit patere Gangem, qua maxime angustus est, ad centum stadia. Duc.

p. 346 v. 15. ἀπρόιτος] ita mss codices Reg. et Colb. Duc.

p. 347 v. 19. ἐπιτίξασθαι] vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. Duc.

p. 355 v. 17. Θανάτος δὲ Ἀλεξάνδρου] hanc post Alexandri obitum provinciarum direptionem ex Satyro, veteri scriptore, ut et Ptolemaeorum genealogiam, attigit prae caeteris Eudocia Augusta, Diogenis Romani imp. uxor, in Ioniis; ex quibus, quia inedita, haud ingratum forte lectori videbitur, si qualiacunque sunt hoc loco describantur. [non nihil differunt ab editis, Villoisoni Anecd. gr. t. I p. 366 — 368. Ἔταλον et similia facile lector corriget.] ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν τῶν Πτολεμαίων προσηγορίαν κατηντήσαμεν, φέρεται καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ γένους αὐτῶν καταγωγὴν τε καὶ διαδοχὴν παρεμβατικώτερον πως διεξέλθωμεν· Ἡρακλεῖδαι γὰρ καὶ αὐτοί. Σάτυρος τοὺς τῶν Ἀλεξανδρέων δήμους ἱστορῶν, ἀρχάμενος ἀπὸ τοῦ Φιλοπάτορος τοῦ καὶ Πτολεμαίου προσαγορευθέντος, τοῦτου μηνύει Διόνυσον ἀρχηγέτην γεγονέναι. λέγει οὖν ὁ Σάτυρος οὕτως· Διονύσου καὶ Ἀλθαίας τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηϊάνειραν, τῆς δὲ καὶ Ἡρακλέους τοῦ Διὸς Ἔταλον, τοῦ δὲ Ἀριστομάχου, τοῦ δὲ Τημέων, τοῦ δὲ Κεῖστου, τοῦ δὲ Μάρωνα, τοῦ δὲ Θεστίου, τοῦ δὲ Ἀκούου, τοῦ δὲ Ἀριστομήδου, τοῦ δὲ Καρανόν, τοῦ δὲ Κοινόν, τοῦ δὲ Τυρίμμαν, τοῦ δὲ Περδίκκου, τοῦ δὲ Φιλίππου, τοῦ δὲ Πέτροπον, τοῦ δὲ Ἀλκεῖαν, τοῦ δὲ Ἀμύνταν, τοῦ δὲ Βόκρον, τοῦ δὲ Μελίαγρον, τοῦ δὲ Ἀλσινόην, τῆς δὲ καὶ Λάγου Πτολεμαίου καὶ Σωτήρα, τοῦ δὲ καὶ Βερονίκης Πτολεμαίου τὸν Φιλάδελφον, τοῦ δὲ καὶ Ἀρσινόης Πτολεμαίου τὸν Εὐεργέτην, τοῦ δὲ καὶ Βερονίκης τῆς Μέγα τοῦ ἐν Κυρήνῃ βασιλεύσαντος Πτολεμαίου τὸν Φιλάδελφον. ἡ μὲν οὖν πρὸς Διόνυσον τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλεύσασιν συγγένεια οὕτω περιέχει, ἡ δὲ τῆς

Πτολεμαίου βασιλείας ἀρχή τοιοῦτοτρόπως τὴν πρόφασιν ἔσχε. μετὰ Δαρείου ἐβασίλευσεν Ἀρταβάνης μῆνας ἐπτά, μετὰ δὲ Ἀρταβάνην ἐβασίλευσεν Ἀρταξέρξης ὁ Μακρόχειρ ἔτος τεσσαρακοστὸν πρῶτον, ἐφ' οὗ Σοφοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Πυθαγόρας καὶ Θουκυδίδης καὶ Εὐριπίδης καὶ Ἡρόδοτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Διογένης καὶ Ζήνων καὶ Φερεκυδῆς καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Ἰπποκράτης καὶ Παρμενίδης καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Δημοσθένης κατὰ τινὰς ἐγνωρίζοντο, καὶ Σακράτης, ὃς φανύσας τοὺς νόμους τῶν Ἑλλήνων θανατοῦται τὸ κώνειον πιὼν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ. μετὰ δὲ Ἀρταξέρξην ἐβασίλευσεν ἄλλος Ἀρταξέρξης καὶ οἱ καθ' ἑξῆς ἕως Δαρείου Ἀσάμου, ὃν Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἔκτον ἄγων διαρκέσασαν ἀπὸ Κύρου μέχρι Δαρείου Πη σλ. τῆς δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλείας κατασχούσης ἀπὸ Κραναοῦ ἕως Ἀλεξάνδρου ἔτη φησί, καὶ τούτου τελευτήσαντος ἐν Βαβυλῶνι, διαροῦνται τὴν βασιλείαν οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ μεγιστάνες. τῆς μὲν Μακεδονίας Φίλιππος ἐβασίλευσε, τῆς δὲ Ἀσίας πάσης Ἀντίγονος ἐκράτησε, τῆς δὲ Συρίας καὶ Βαβυλωνίας καὶ Παλαιστίνης Σέλευκος ἐβασίλευσεν ὁ Νικάνωρ. ὃς καὶ πόλεις κτίσας δύο εἰς τὰ μέρη Κιλικίας καὶ ἄλλην ἐν Συρίᾳ, τὴν μὲν Σελεύκιαν ὠνόμασε, τὴν δὲ Ἀντιόχειαν, τὴν δὲ Λαοδικεῖαν, εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα καὶ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ Ἀντιόχου καὶ τῆς θυγατρὸς Λαοδικίας. καὶ οἱ μὲν τῆς Συρίας βασιλεύσαντες μετὰ Ἀλέξανδρον οὕτω εἰσι· μετὰ Σέλευκον τὸν Νικάνωρα Ἀντιόχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ ἐπικληθεὶς Σωτήρ, Ἀντιόχος ὁ νόθος, Σέλευκος ὁ Καλλίνικος, Ἀλέξανδρος, Ἀντιόχος, Σέλευκος ὁ Φιλοπάτωρ, Ἀντιόχος ὁ Ἐπιφανής, Ἀντιόχος ὁ Εὐπάτωρ, Δημήτριος, Σέλευκος, Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Βαλά, Δημήτριος ὁ Νικάνωρ, Ἀντιόχος, Τρύφων, Πτολεμαῖος, Ἀντιόχος ὁ Σιδήτης, Δημήτριος, Ἀντιόχος ὁ Γρυπός, Ἀντιόχος ὁ Κυζικηνός, Σέλευκος ὁ τοῦ Γρυποῦ, ἐφ' οὗ ἡ Ἀντιόχεια ὑπὸ Ῥωμαίων ἤλω καὶ ἡ τῆς Συρίας ἀρχὴ κατελύθη διαρκέσασα ἔτη σν' τῆς δὲ Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ἐβασίλευσεν ὁ Λάγος καὶ οἱ καθ' ἑξῆς Πτολεμαῖοι ἕως Κλεοπάτρας θυγατρὸς Διονύσου. οἱ δὲ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύσαντες μετὰ Ἀλέξανδρον εἰσὶν οἷδε. Πτολεμαῖος ὁ Λάγος, ἐφ' οὗ Μένανδρος ὁ κωμωδοποιὸς ἐγνωρίζετο καὶ Θεόφραστος ὁ φιλόσοφος· Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος, ἐφ' ᾧ οἱ ἑβδομήκοντα Ἑβραῖων σοφοὶ τὸν νόμον ἤρμηνευσαν· Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης, Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ, Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανής, Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ, Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης, Πτολεμαῖος ὁ Σωτήρ, Πτολεμαῖος ὁ Ἀλέξανδρος, Πτολεμαῖος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος, Κλεοπάτρα ἡ τούτου θυγάτηρ, ἣν Αὔγουστος ἀνελὼν ἐν ἔτει κδ' τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἐκράτησε τῆς Αἰγύπτου, καθελὼν τὴν βασιλείαν τῶν Πτολεμαίων διαρκέσασαν ἔτη σ'. Duc.

p. 355 v. 18. τῶν δὲ λοιπῶν οἱ προγεγραμμένοι] scilicet Seleucus, Ptolemaeus, Antigonus, Antipater, Aridaeus, Perdiccas, de quibus supra [p. 226 v. 7]. W.

p. 356 v. 13. ὃς τὰς τε γραφὰς τὰς Ἑβραϊκὰς] in his sacris libris a LXX conversis Danielis librum Visionum extitisse fingunt Graeci, de quo sequentia ex codice ms bibliothecae Regiae exscripsimus. Πτολεμαῖος ὁ Φιλαδέλφους ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου ὑπῆρχε βασιλεύσας ἔτη λή. ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ οὗτος Ἑβραῖους καταδουλωσάμενος εἰς τὴν Ἑλληνίδα μεταβαλεῖν ἠνάγκαζε φωνὴν ἐκ τῆς Ἑβραϊτιδος πάσας τὰς θείας γραφὰς. καὶ ποιοῦντες τὴν ἐρμηνείαν ἄνδρες ὁ ἦν σοφία παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ἐπαιρούμενοι. ἐν τούτοις ἅπανι ἦν καὶ ἡ βίβλος ἣδε Δανιὴλ τοῦ προφήτου ὀπτασιῶν, ὑπάρχουσα βίβλος θανμαστῆ καὶ ἔγκριτος, τὰ ἐπερχόμενα ἀναγγέλλουσα μέχρι τῆς συντελείας τοῦ κόσμου κατὰ τύχην τῶν συμβαινόντων αἰθερίων τεράτων. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Κώνστα τοῦ βασιλέως Κωνσταντινουπόλεως, ἐγγόνου δὲ Ἡρακλείου, Μααβίας ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγὸς μετὰ δυνάμεως πλείστης ἐξελθὼν κατήλθε μέχρι καὶ τῆς Ρόδου τὴν γῆν τῶν Ῥωμαίων ληΐζων. ὃς καὶ ταύτην κατέστρεψε καὶ πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτης ἐληλάτει. ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα ἀκούσας λαὸν συναθροίσας ἦλθεν εἰς Φοίνικα καὶ τοῦτον τὸν Μαβίαν ἀντιπαρτάξασθαι. καὶ πόλεμον συνάψας ἤττωνται Ῥωμαῖοι, ὁ δὲ αὐτὸς Κώνστας μόλις διασωθεὶς ὑπέστρεψεν ἐν τῇ πόλει μετ' αἰσχύνης. ὁ δὲ Μαβίας ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ ἐπήρθη, κατεδαφίσας τὴν περιχώρον μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ὃς καὶ τὴν βίβλον ταύτην ἐντυχῶν, καὶ τὰ γεγραμμένα θανμάσας, δούς τοῖς Ἀραβῶν μετέφρασεν τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, μείνας ἐν τούτοις μέχρι καὶ τὴν σήμερον. ἐν δὲ τῷ 579 ἔτει (Chr. 1145) ἐντυχῶν τήνδε Ἀλέξιός τις ἀπὸ Βυζαντίων δοῦλος αἰχμητὸς ὑπάρχων βασιλεύσιν Ἀράβων, τὰς γραφὰς καὶ τὴν διάλεκτον ἄμφω γινώσκων, καὶ τὴν διήγησιν ἀναγνοῦς, ἐπόθησε τοῦ φράσαι ταύτην Ῥωμαίαν, καθὼς ὑπόκειται, συμμαρτυροῦντα καὶ συμφωνοῦντα * αἵτων τὴν τῶν Ἀράβων περικὴν γλώτταν. ὃς καὶ εὔχησε τοῦ διορηθῆναι αὐτῷ παρὰ θεοῦ προθυμίας τοῦ εἰς τέλος ταύτην ἐξάγειν etc. Duc. cf. L. A. Fabricii Cod. pseudepigr. Vet. Test. I 1136 ed. 2.

p. 359 v. 20. Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου] cuius res gestas et pugnam cum Galatis ab eo commiasam, cum eius equitatum cum elephantis profligarant, ut est in Ioniis mss Eudociae Augustae et apud Suidam, Duc. sic.

p. 363 v. 17. δυσκόμιστος] phrasis nostris usitata, qui n'estoit pas portatif. Duc.

p. 407 v. 19. ἀνῆρέθη δ' ἂν ὑπὸ Κασίου ὁ Μάλιχος] Iosephus lib. 14 τὰ δὲ Μάλιχῳ κακοήθως πρὸς αὐτὸν διακειμένῳ, τὰ δ' ἄλλοις προσέταξεν εἰσπράττεσθαι, pecuniam partim Malicho, a quo insidiae ei struebantur, partim aliis exigendam

mandavit. noster auctor (si nihil deest) ex abrupto hanc clausulam nescio quo pacto inseruit, ut non intelligatur cur Malicho iratus fuerit Cassius. sed ex Iosepho apparet pecuniam segnius exactam causam fuisse iracundiae. W.

p. 408 v. 4. Μάρκος δ' ἐν τῇ Συρίᾳ στρατηγῶν] quis Marcus? Antonius an Brutus an alius? Iosephus etiam tantum praenomen hoc ponit. W.

p. 409 v. 17. τῶν ἄκρων ἐπιβάντι τῆς Ἰουδαίων γῆς] ἄκρα sive montana sive extremos fines et limites significant. W.

p. 411 v. 14. ὁ δὲ τῶν Πάρθων βασιλεὺς [στρατηγός] Iosephus aequè obscurus est in hac Parthica expeditione, ut videatur κρυπῶνα potius miscuisse quam rem explicasse. W.

p. 414 v. 21. πεμφθεὶς ἐκ Συρίας Πάρθους ἀνελεγεῖν] ambiguum utrum τὸ ἐκ Συρίας ad τὸ πεμφθεὶς an ad τὸ ἀνελεγεῖν referatur. W.

p. 418 v. 13. μήτε τῆς τότε τύχης μήτε τῆς πάλαι μεμνημένος] Iosephus pro μεμνημένος ponit ἔννοιαν λαβῶν, quod tantundem est. sed videtur Antigonus praesentis fortunae rationem habuisse. quid enim victo relinquitur nisi ut deditio- nem faciat aut (idque fortassis eum decuisse Iosephus censet) necem sibi consciscat? W.

p. 430 v. 13. τὰς ἐντολάς ἐξεφάντισεν] fortassis ἐξεφάντισεν. Iosephus οὐκ ἂν καταπροδοῦναι τὰς ἐντολάς. W.

P 14 p. 449 v. 14. ἐν παράπλῳ τῇ Κιλικίᾳ προσχόντας [προσσχόντας] Iosephus ἐν παράπλῳ μὲν Ἐλούσης τῆς Κιλικίας προσχόντας. ubi τὸ μὲν Ἐλούσης depravatam esse apparet. Gelenius vertit, ut inter navigandum appellerent ad Eleusam oppidum Ciliciae. W. Hudsonus et Havercampus Ἐλεούση.

p. 463 v. 11. οὐδὲ ἀποτετραμμένοις κεχρησθαι ἀπαναινόμενος] Iosephus habet ὅποσα ἀργὰ ὑπαγορεύσειαν χρησθαι ἀποτετραμμένος, quae medici profutura dicerent, ab eorum usu non abhorrebat. Zonaræ verba mendosa videntur. ἀποτετραμμένος et ἀπαναινόμενος idem fere significant: sed si lectio non fallit, ἀποτετραμμένοις posuit pro ἀπειρημένοις, remediis interdictis. W.

p. 471 v. 14. συγγέαι δυνάμενον] turbulentum verti. quod si quis τὸ συγγέαι pro ἀπατήσαι intelligere mavult, reponat *vasrum* vel *callidum*. W.

p. 474 v. 7. τοῦ ἀρχιερέως ἰώας [Ἰωαζάρου] postremus Archelai pontifex Ἰησοῦς τοῦ Σίε supra dicitur. W.

p. 475 v. 11. καὶ ἡ τῶν νόμων αὐτοῖς οὐ παρατηρεῖται παράβασις] fortasse νομίμων παράδοσις, rituum traditiones non observant. Iosephus habet φυλακῆς δὲ οὐδαμῶν τινων μεταποιήσεις αὐτοῖς ἢ τῶν νόμων. W.

p. 476 v. 22. Ἀμβιβούχος] haud scio an recte ita legatur. W.

p. 479 v. 15. ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται] quid si κατὰ Πλάτωνα, more Platonis? W.

p. 480 v. 5. οὗτος τὴν πατρὸς ἐκάστην δικαιοκρίσιαν ποιούμενος] mendosus videtur hic locus. W.

p. 482 v. 12. Θύβριν] sic mss omnes cum & Tiberim efferunt. Claudianus lib. 2 in Eutropium
*ni memor imperii Stilico morumque priorum
 turpe relegasset defenso a Thybride nomen,
 servatamque novo servasset crimine Romam.*

Paeonius in metaphrasi Eutropii lib. 1 πρὸς ταῖς τοῦ Θύμβριδος ἐμβολαῖς. Duc.

p. 488 v. 6. αὕτη γοῦν ἢ Κύπρος] vide observata a Scalligero ad Eusebium p. 162 II edit. Duc.

LIPSIÆ,

IMPRESSIT B. G. TEUBNER.

CORRIGENDA.

p. 42, 20 <i>lege σοφ.</i>	51, 16 βιάσας.	65, 13 <i>δικνεῖσθαι.</i>
71, 18 <i>φωνήν.</i>	72, 2 Βαλαάμ.	81, 7 δύο (<i>sic ubique</i>
<i>codex C</i>).	147, 2 οἶα.	152; 18 ἰδοῦ.
200, 17 Ἰωάχαζ.	355 <i>ima urbes pro rebus.</i>	357, 12 γράφει γούν.
373, 20 Νικάνωρ.	415, 20 Γαλιλαίαν.	527, 24 ταξίαρχοι.
531, 11 εἰς — <i>πηδῶντες et similia</i>		568, 35 ἀποστερεῖν.
569, 31 κάττεισι.	571, 9 <i>χημάτων.</i>	<i>ceterum cum a nobis</i>
<i>ubique milia scriptum sit, non millia, operae temere aliquoties mille etiam mutaverunt in mille.</i>		

